FULLER

PHARMACOPŒJA

A
47
485

20 xs

C-111-22

D. 615. 11

(1)

12
D-21

615.11
FULL

BIBLIOTECA ... GRANADA
A
47
485

20 xs

C-III-22
C. D. 615. 11
(1)
12
2-21
615.11
FULL
BIBLIOTECA [illegible]
GRANADA
Sala: A
47
485

# NOI RIFORMATORI

## DELLO STUDIO DI PADOVA

Concediamo Licenza a *Giuseppe Orlandelli* Stampator di Venezia *Per la dita di Francesco Pezzana* di poter ristampare il Libro intolato *Pharmacopœja extemporanea &c. Volumi. 2. Autore. Th. Fuller, &c. Tabula Smaragdina &c.* Ristampa osservando gli ordini soliti in materia di Stampe, e presentando le Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 4. Agosto 1790.

( *Andrea Querini Rif.*
( *Pietro Barbarigo Rif.*
(

Registrato in Libro a Carte 395 al Num. 3100.

*Marcantonio Sanfermo Segr.*

# TABULA SMARAGDINA MEDICO-PHARMACEUTICA;

*IN QUA*

Sexcentorum, contra omnis generis morbos probatissimorum, selectissimorumque Medicamentorum, in nullo dispensatorio obviorum, sed partim ex optimis, & hoc tempore nominatissimis Practicis desumptorum, partim ab Amicis communicatorum, partim ex privatis manuscriptis erutorum, partim denique propria industria adinventorum, fidelis, & accurata Descriptio, ordine, ut vocant, alphabetico, insculpta, legitur.

*Cum Indice Morborum, & Medicamentorum.*

OPUS

Et Medicis, & Chirurgis, & Pharmacopœis perutile.

STUDIO

PHILIPPI FRAUNDORFFERRI,

Phil. & Med. Doct. in Marchionatu Moraviæ Phys. Provinc. Regii, Acad. Cæsareo-Leopoldinæ Nat. Cur. Collegæ, d. Herodici.

*EDITIO VENETA EMENDATIOR.*

VENETIIS MDCCXC.
Apud Josephum Orlandelli,
NOMINE q. FRANCISCI EX NICOLAO PEZZANA.
*SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.*

# PRÆFATIO
## AD LECTOREM.

*BENEVOLE LECTOR.*

Recte Hippocrates, lib. de veteri Medic. arg. 2. *Quemadmodum aliarum omnium artium artifices multum inter se differunt, tum manu, tum mente; sic etiam in medicina;* Hinc est, quod, licet plurima ubique diversorum Auctorum prestent Dispensatoria, innumerorum Medicamentorum varietatem in sese continentia, novitatis tamen non minus, quam efficaciorum semper remediorum avidus animus, meliora usque inquirit, & nova a practicis exoptat composita; quorum nimirum aminiculo unice laudatus Hipp. lib. de arte arg. 20. scribit: *Medicus, si quidem suffecerit ad cognoscendum sufficiet etiam ad sanandum*. Huic igitur communi appetitui, ac veluti innato Medicorum desiderio, ut ex parte satisfaciam, *Tabulam* hanc *Smaragdinam Medico-Pharmaceuticam*, Sexcentorum contra omnis generis morbos probatissimorum, selectissimorumque Medicamentorum, in nullo dispensatorio descriptorum, sed partim ex optimis, & hoc tempore nominatissimis Practicis desumptorum, partim ab Amicis communicatorum, (inter q4os Nobilissimus, Excellentissimus, atque Experimentissimus Dominus Georgius Abrahamus Mercklinus, Reverendiss. & Sereniss. Princip. Palat. Supremi Teutonici, Ord. Magni Magistrati Consi-

liarius, Med. & Reipubl. Norimberg. Physicus, &c. cum Nobiliss. & Excell. Filio Johanne Abramo Mercklino Med. Doctore, & Reipubl. Norimberg. Physico, primas tenet) partim ex privatis manuscriptis erutorum, nuperque pro privato commodo in hunc ordinem redactorum, publicam facere volui. Verum, cum hac saltem adminitione: ne in horum præscriptione, & usu ἀμεθόδως agas; sed, ut monet Hipp. lib. de stel. arg. 18. *Conare, ut Physicus sis, ad hominis habitum, & robur respiciens.* Cæterum vale, & cum commodo fruere hoc qualicumque labore.

# NOMINA AUCTORUM;

*Qui mecum ad hanc Tabulam concurrerunt.*

ALbrecth
Amatus Lusit.
Andernacus
Andersonus
Andrighetus
Anglicus
Arvisæus
Avicennas

Barbette
Becherus
Belzerus
Bierlingius
Blasius
Bontekoe
Borrius
Brambachius
Bucretius
Burnetus
Bussius

Capivaccius
Carrichterus
Cekkius
Clauderus
Clavius
Cnœffelius
Cocus
Conciliator
Costerus
Craanen
Crato

Dekkerus
Dorerus
Doringius
Dolæus

Flidæus
Fttmullerus.

Fabritius
Fehrius
Felverus
Fernelius
Ferrantes
Fletvvodius
Forrestus
Francus
Freitagius
Fuchsius
Fuscharenus

Galenus
Glanzius
Grunlingius
Gutteta

Haddenius
Hanemanus
Hartmannus
Herlinus
Hippocrates
Hoffmann Frid.
Hoffmann Maur.

Hollerius
Horstius
Jessenius
Juncken
Juchius

Keglerus
Kolreuterus
Krafftius
Kyperus.

Langius
Laurentius
Lentilius
Lotichius
Luchtenius

Magattus
Majus
Masierus
Matthiolus
Maxuellus
Mayerne
Mercatus
Mercklinus Pater
Mercklinus Filius
Mesue
Metzgerus
Meibomius
Michaelis
Mobius
Mollenbrocchius

Morellus
Muffatius

Nævius
Noslerus

Opilio
Ortelius
Osvvaldus.

Palmarius
Pantaleon
Paracelsus
Paræus
Peræda
Platerus.

Ramlovius
Refenbodtus
Reinesius
Roderus
Roetius
Rolfincius
Rollvvagius
Rondeletius
Rothius
Rulandus

Salis
Schallerus
Schenckins
Schillingius
Schneiderus
Schvvalenbergerus
Screta
Seglerus
Sennertus
Sleppecrellius
Smidmairius
Solennander
Sorbaitus
Sparrius
Stapedius
Stegmannus
Stockhamerus
Strobelbergerus
Syndenhamins
Sylvaticus
Sylvius

Timæus
Tuchschereru
Tudecius.

Valescus de taranta
Wedelius
Weinslinus
Wepfferus
Werthernus
Wierus
Willis
Wincklerus
Wirsungus
Wirzius

Zapata
Zobelius.

## 1. ACETUM ALEXIPHARMACUM

# D. BERNH. HERLINI.

## MEDIC. COBURG.

℞ Ad. angelic. rad. oſtrutt. rad. biſtort. rad. zedoar. ana ℥ iij. Fol. ſcord. fol. card. ben. fol. abſint ana m. ß. Bacc. lauri, bacc. junip. ana ℥ j.

M. contus. infund. in acet. deſtill. q. s. Stent per dies 4. poſtea filtretur; & ſervetur pro uſu.

Dos. cochlear. j. ij. iij.

2. *Acetam Antipeſtilentiale D. Langii.*

℞ Cap. mort. Vitrioli a ſalsed, liberat. q. s.

Inde retortæ vitreæ, affunde aceti deſtillat. ad eminentiam duorum digitorum; & mox induet plane viridem colorem.

Hujus aceti tempore peſtis tantillum carbonibus ardentibus injicitur, ut & cum ſpongia Ægrotantis naribus ſummo emolumento, affricatur.

3. *Acetum Peſtilentiale Romanum Anni 1656.*

℞ Aceti fortiſs. q. s. Rutæ hort. Pimpinell. Betonic. Nuc. jugland. alii, baccar. Junip. ana part. æq. camphoræ ℈ j. vel q. s.

F. Infuſio per 40. dies in loco calido. Dos. Cochlear. j.

4. *Acetum Theriacale Timæi a Guldenklec.*

℞ Cons. orvietan. ℥ ij. Diaſcord. frac. ℥ j. ℔. Theriac. androm. ℥ ij. Rad. angelic. rad. coutrayerv. rad. enulæ. rad. pimpinellæ, rad. tormentillæ, rad. ſcorzon. rad. dictam. alo. rad. petaſit. ana ʒ vj. Fol. ſcord. fol. rutæ, fol. millefol. ana m. j. Flor. calend. flor. tunicæ ana m. ß. Cort. fraxini. cort. citri, ana ℥ ß. Bacca. junip. ℥ ij. ß. Macis, zedor. ana ʒ ji. Camphor. ℈ ij. Croci orient. ʒ j. Myrrhæ el. ℥ ß. Aceti ex ſucc. rub. idæi q. s.

Stent in infuſ. loco calido bene tecta; donec extrahatur Tinctura, cujus colatura ad uſum ſervetur.

Dos. cochlear j. vel alterum.

5. *Antidotus Convulsiva Norimbergens. secundum Sennertum.*

♃ Visci querc. pœon. ana ℥ j. Castor. salviæ ana ℥ ß. Baccar. lauri, cranii humani usti, ana ℥ j. Theriaca mithridat. opt. ana ʒ vj. Mell. despumat. ℔ ij. M. F. *Elect*.

Dos. ʒ ß. ad ʒ j. & ʒ ij.

6. *Apozema Aperiens, & antiscorbuticum D. Sydenham.*

♃ Rad. gramin. rad. cichor. rad. fœniculi rad. asparag. ana ʒ j. Uvar. corinthiac. passul. enucient. ana ʒ ij. Fol. hepat. fol. linguæ cerv. fol. capill. ven. ana m. j. fol. beccabung. sub finem add. m. ij.

Coq. in s. q. aq. font. ad ℔ ij. sub finem adde vini Rben. ℔ ß. colatura adhuc calente infunde ad 2. horas vase clauso.

Cochlear. hortens. m. j. colat. adde syr. e 5. rad. e succo aurant. ana ℥ ij. aq. cinnam. hordeat. ʒ j.

M. F. Apozema.

7. *Apozema Vulnerarium Sylvatici.*

♃ Liquirit. ras. ℥ j. Caryophyll. Comar. rub. gallar. Comar. consolid. major. & consol. minor. comar. fregar. comar. Pilofell. comar. verben. comar. pulmonar. comar. tormentill. comar. millefol. ana m. j. comar. rubiæ tinctor. m. ij. Vini albi, Aquæ fabar. ana ℔ xv.

Bolliant omnia ad medietatem; consumptum coletur. adde mell. optim. ℥ vj. bulliant iterum continue despumando, & cum albumine ovi clarificentur.

8. *Aliud D. a Werthemb, secretissimum.*

♃ Herb. apii, vel heder. arbor. m. iij. Herb. pyrol. m. ix. Herb. veron. m. iij. Alb. græc. ℔ ß.

Inde cucurbitæ & ter cum cerevisia veteri, nondum tamen acida, destilla. Cerevisia destillata semper reaffundatur materiæ novæ, & reservetur tandem usui.

Dosis cochlear. 1. mane, vesperi, & noctu. Mira præstat in omnibus vulneribus.

9. *Apozema* ad Herniam D. Barbette.

♃ Osmundæ regal. herniariæ, ana m. j. Rad. consolid. maj. rad. bistort. ana ʒ j. ß. Flor. hyperic. m. j. Sem. anisi ʒ ij. coq. ex vino rubro colat. ℔ j. ß. adde. Syr. de symphzt. fern. ℥ ji. M. F. Apozema.

Dos. ℥ v. bis, vel ter in die.

10. *Aqua Æsculapii D. Zapatæ.*

℞ Acetum acre, immitte Vesicæ æreæ intus stanno oblitæ, in destillandis resis vulgo usitatæ, donec tertia pars vacua remaneat, eique superstrue pileum plumbeum rostratum, ab anteriore parte inclinandum, ut mulieres in destillandis rosis facere solent; tunc subde ignem carbonum, ita comparatum, ut bulliat acetum, nec excedat modum, ne aduratur; liquorem ultro stillantem in phialam recollige, sed curandum, ne acetum destillando penitus egrediatur, alias empyreuma contraheret; remanentem in vase fœculentum humorem, & corrosivum, ne vas lædat, statim exhauries, & illud aqua fluviatili infusa mundabis.

Stillatitia hæc aqna, seu acetum primitus prodiens, aurei coloris esse solet, ac tam dulce, ut saccharum continere videatur, & quo diutius id destillabit, eo limpidius; at efficacius reddetur, quod ut universum ejusdem valoris, & coloris existat, prius dertjllans posteriori commiscere, & in vase rite obturato servare solemus, Dos. communis est iij. raro ℥ iij. ß. pro patiente vero debiliori ℥ ij. ß. pro infante ℥ ij. sufficiant.

Non tantum est solutivum eximium, & omnes humores tam sursum, quam deorsum evacuans, sed etiam ejus usu interno quemvis affectum a capite promanantem mirum in modum profligavimus: uti epilepsiam, apoplexiam, letharhum, phrenitidem, oculorum, aurium, gutturis, synanchem dictam, pulmonum, stomachi, renum, hepatis, uteri, & cujuscumque tum externæ, tum internæ partis inflammationem. Eadem hepatis, ac lienis, omniumque partium internarum, externarumque duritiem, ac tumorem, ex humore frigido, crasso & viscido progenitum, feliciter resolvimus, facillime extenuavimus, & evacuavimus. Ejus ope eodem successu, in resolvendis gummatibus Venereis obstinatissimis, doloribus capitis, arthriticis, & spinæventositatibus, diu, noctuque affligentibus, medelam instituimus. Tinea quoque, scabies, pustulæ, porrigines, herpetes exedentes, ignis S. Antonii nomine celebrati, hac eadem aqua sunt sanati. Mulier quædam, interdiu quinquies, & sexies caduco correpta, dum oppido eadem uteretur aqua, adeo penitus est liberata, ut antea stupida, demens quasi, & pallida, nunc vegeta,

geta, vivido colore prædita, sensibus optime constitutis utatur; eadem mulieribus, annis pluribus menstruorum fluore albo tam excessivo laborantibus, ut in terram effunderetur, salutaris medicina extitit. In chirurgicis quoque operationibus ea omnia potest, quæ aqua lila pietosissima, ex lithargyrio & acero parata, seu lac virginis.

11. *Aqua Aluminosa Magistralis D. Sorbait.*

♃ Aq. Plantag. Aq. rosar. ana ℥ j. Aluminis roch. argent. sublim. ana ʒ ij.

Sublimatum, & alumen terantur, & aq. imponantur vase, quo aqua coquitur super craticulam ferream collocato, bulliant ad med. consumpt. postea reponatur per 5. dies ad subsidentiam, & aq. limpidissima extrahetur, quæ reponatur ad usum.

Prodest ad sang. sistendum cum petiolis imposita, item ad absumendas radices verrucarum, post quam illæ prius, vel ligatura, vel sectione ablatæ sunt.

12. *Aqua Anticolica D. Willis.*

♃ Milleped. rec. mundat. ℔ j. ß. Flaved. *6.* aurant. & 4. limon. Nuc. mosch. num. *6.* minutim incisis, adde Micæ panis alb. veter. ℔ j. omnibus simul contusis, & probe mistis, affunde lactis recentis ℔ iv. vini Hispam. ℔ ij.

Destillentur secundum artem, liquor totus misceatur, & edulcoretur cum Saccharo.

13. *Aqua Antiphthisica D. Meibohmii.*

♃ Sang. porcin. rec. ℔ iij. Succ. veron. succ. plantag. succ. heder. terr. ana ℔ ij. Succ. Portulac. ℔ j. sem. anisorum ℥ j. Flor. borrag. flor. Papav. errat. ana m. ij. Limac. hortens. vin. alb. ana ℔ ij.

Macerentur per triduum, deinde destill. in MB. vel arena ad siccitatem, sine ustione.

14. *Aqua Apoplectica D. Maur. Hoffanni.*

♃ Rad. vincetox. Rad. Bardan. ana ℔ j. Rad. Petasit. rad. mors. diab. cort. median fraxin. cort. citr. extern. ana ℔ ß Fol. scord. Fol. galeg. ana m. iv. Incis. minutim infundantur per 24. hor. in vin. alb. odorat. & acet. rutac. ana ℔ iv. Postea destil. in B. M. adde post destillationem.

Olei sulphuris per campan. q. s. ad gratam aciditatem, & singulis ℔ liquoris destillat. Camph. ℈ ß. in nodulo. Servetur in vitro pro usu.

15. *Aqua Apoplectica D. Kolreuteri, sine Caſtoreo.*

℞ Cinnamom. Galang. minor. ana ℥ ij. Caryoph. aromat. Macis, ana ℥ j. ß. Zedoariæ, Cardamom. Cubebar. Nuc. Moschat. ana ℥ j. Gran. paradis. Gran. pœon. Piper. long. Calam. aromat. ana ℥ ß. Florum lil. convall. ℥ vij. Flor. lavend. Fior. Cheir. Flor. rosas. incarn. Flor. Rorismar. Flor. primul ver. Flor. Thiliæ, Flor. Mellis. Flor. Stœchad. arab. ana m. j. ß. Flor. Majoran. Flor. Salv. ana m. ij.

Incid. & contund. omnia gr. m. stent in infos. per aliquot dies, affund. vini Rhenan. optimi canth. vij. destilla lento igne secundum artem, & serva usui.

16. *Aqna Apoplectica cum Ambra, & Zibetho D. Rhotii.*

℞ Flor. Beton. sol. salv. maj. & min. fol. majoran. fol. rorim. fol. veronl ana m. ij. fol. rutæ, fol. scabiosæ, fol. capill. ven. fol. Hyssopi, fol. Polii mont. fol. card. bened. fol. galegæ, fol. chamædr. fol. periclym. fol. meliss. fol. cuscut. fol. ling. cervin. fol. rut. sylvest. fol, agrimon. ana m. ß. flor. lavend. m. iij. flor. rorism. flor. lil. cunvall. flor. primul. ver. flor. thiliæ, flor. sambuc. ana m. j. flor. scabiosæ, flor. rosar. rubr. flor. melissæ, flor. borrag. flor. bugloss. ana m. ß. cubebar. ℥ ij. sem. pœon. excort. ℥ ij. ß. iij. sem. aquileg. ℥ j. sem. anisorum, sem. fœniculi, sem. aneth. ana ℥ ß. Rad. pæon. ℥. ij. rad. zedoar. ℥ j. ß. rad. pimpinell. rad. glycryrrh. rad. gentian. rad. caryoph. rad helenii, rad. dictamn. alb. rad. angelic. ana ℥ ß. Visc. quercin ana ℥ iij. Ficum ping. passul. major. & minor. piar. pistae. ana ℥ iij. Calam, aromat. ℥ j. Cardamom. granor. paradis ana ʒ ij. ß. Theriac. andromach ℔ j. Clect. de scord. mithridat. opt. ana ʒ ij. Castor. ver. ℥ v. aq. stillat. flor. lavend. lavend. vin malvat. opt. ana ℔ iij. vel q. s.

Stent in infusione per octo dies, destill. summa diligentia per B. V. in vasis vitreis postea.

℞ Ungul. alcis ℥ j. C. C. ust. & præp. Unicorn. terræ sigillat. brun. ebor. præpar. ana ℥ ß. Croc. orient. opt. ℈ j. Zibeth. ʒ ß. Ambr. hrys. ʒ j. ß.

Pulverisentur hæc omnia & m. Includ. nodulo ex andalo albo, immergatur aq. apoplectica, & servetur.

17. *Aqua Apoplectica Electorissæ Saxoniæ.*

♃ Cubebar. cardamon. aua ℥ j. ß. ʒ iij. Cinnamom. ℔ ß. Galan.℥ ij.Rad.pœon.ʒ iv. Fl.rorismar.m.ij.Fl. lavend.Fl. thiliæ ana ℔ ß. Fl. lil. convall. ℔ j. ß. Vini optim. canthar. ix. Infuſ. per triduum destilla.

18. *Aqua Apoplectica Viduæ Hoffmannianæ.*

♃ Flor. lilior. conval. ℔ j. ß. flor. lavend. ℔ ß. flor. thiliæ, flor. pœon. ana ℥ ij.flor.primul.ver.℥ ij.sem. pœon. Rad. pœon.rad. aristol.long. visc. quercin. ana ℥ j. Beton. alb. purpur. Herb. primul. ver. cubeb. ana ℥ j. Castorei piper. nigr. ana ℥ ß. Infuude simul omnia in vin. Rhenan. canth. v. per mensem in Sole, postea destill. per MB.

19. *Aqua Arthetica D. Brambachii.*

♃ Baccar. junip. ℔ ij. Baccar. lauri ℔ j. Flor. lavend. dulc. Fol. puleg. cum summit. ana ℥ xvij. Rad. ostrutii, rad. zedoar.macis, cinnamonom. ana ℥ j.Caryoph. cardamom. ana ʒ ß.Flor.anthos m.j.Urticæ min.cum semin.m.j.Salviiæ min.m.ij. Omnibus contusis, ac minutim incisis, affunde spir. vini optimi ardentis q. s. atque bene cooperto vase sepeliantur in cella in loco, & terra frigida; stent in infus. per mensem, deinde destillantur.

20. *Aquc Articularis ad extra D. Ettmulleris.*

♃ Fol. nicotian. fol. origani, fol. sambuci, ana m. j. Rad. angelic. rad. pyrethri, red. aron. ana ℥ j. euphorb. castor. ana ʒ vj. Piperis utriusque ʒ iij. Flor. stœchad. arab. flor. lavend. flor. liliornm convall. ana ℥ ß. Sem. erucæ ℥ j. ß. Concisis, & contusis, affunde Spir. Vini q. s. digerantur, & filtrentur, & hac ipsa essentia fricentur partes externæ paralyticæ, vel abstragatur ab iisdem Sp. vini aliquoties cohobando, & ita dicto modo applicetur.

21. *Aqua ad Cariem Gallicam D. Sorbait.*

♃ Flumin ʒ j. Tartari albi ℈ ji. Æruginis ℈ j.
M. cum. vini alb. & aq. rosar. p. æq. & cum petiolis applicetur, absterso prius membro aq. rosac.

22. *Aqua Carminativa D. Meybohmii.*

♃ Herb. ment. crisp. m. iij. Flor. chamom. raman. flor. sambuc. ana ℥ ii.. flor. dauci ℥ ß. Bacc. laur. bacc. juniper. ana ℥ iv. Cinnamom. opt. ℥ j.

In-

Incis. & contus, superfunde Spir. frumenti m. xij. ſtent in confuſione per noctem, deinde deſtilla per veſicam, ſerva ad uſum.

23. *Aqua Catarrhalis D. Caſp. Kegleri.*

℞ Herb. veronicæ, herb. ſcabioſ. ana m. j. herb. capill. ven. herb. hyſſopi, herb. adiant. nig. herb. fragor. herb. meliſſæ; herb. marrub. ana m. iij. Rad. Ireos. rad. angulicæ, rad. eryng. rad. glycyrrh. ana ℥ j. myrrhæ ʒ ij. Croci integr. ℈ ij. piper. albi ʒ j. Caricarum N. viij. Scillæ præpar. ʒ ij. Paſſul. min. ℥ iv. Seminum lini, Fœnugr. ana ℥ iij.

Infunde cum ſp. vini puriſſ. ℔ vij.

Aq. fragor. ſcabioſæ ana ℔ j. Aceti vini ℔ j.

Deſtillentur per B. M.

Dos. ana ʒ ij. ad. ℥ ß. vel ℥ j.

24. *Aqua ad Cicatrices Oculorum delendas, Max. Imp.*

℞ Stercus Anſerum juniorum menſe Martio, vel Aprili, deſtilla aquam, quæ ter de die oculis inſtilletur.

25. *Aqua ad Convulſiones Hyſtericas D. Willis.*

℞ Milleped. mundat. ℔ j. Caryophyll. conc. ʒ ß. ſuperaffunde vini albi ℔ ij. deſtillentur in cucurb. vitrea.

Dos. ℥ j. ß. bis in die.

26. *Aqua e Cordibus Animalium D. Theod. de Meyernæ.*

℞ Cordium animalium N. 12. Rad. tormentillæ, rad. angelicæ, rad. biſtortæ. rad. carlinæ, rad. zedoar. ana ℥ iij. rad. ſcorzoneræ, rad. bardanæ, rad. imperator. rad. petaſit. ana ℥ ij. Herb. card. benedict. herb. pentaphylli, herb. ulmar. herb. morſ. diaboli, herb. ſcordii, herb. oxytriphyll. herb. meliſſæ, herb. calendulæ, herb. ſcabioſæ, herb. bugloſſæ, herb. borragin. herb. rut. murariæ, herb. ſalviæ, herb. roriſmarin. Fl. roris ſolis, Fl. calendul. Fl. hypericon. Fl. pimpinell. ana m. vj. Limon. & aurant. ana xv. Vini generoſ. ℔ xviij.

Infund. omnia per 24. horas, poſtea deſtilla, ut artis eſt.

17. *Aqua e Cordibus Cervorum D. Clauderi Archoatr. Altenburg.*

℞ Cord. cervor. N. ij. una cum ſanguine ipſorum arterioſo, Vin. generoſ. q. ſ. tenuiter inciſis, add. Cinnam.

ucut.

acut. ℥ ij. Nuc. moſcat. ℥ j. Caryoph. Cardamom. min. Galang. ana ʒ iij. Flaved. cort. citr. ʒ v. Sem. ocym. ſem. caryoph. ſem. fœnic. ana ʒ ij. ß. Fl. lavendul. Fl. roriſmar. Fl. Meliſſæ, Fl. Salviæ, Fl. roſar. ana ʒ ij.

Contus. gr. m. macerentur una cum picto vino, ſanguine, & inciſis cordibus, per diem, & noctem, poſtmodum in M. B. per alembicum deſtill. & ſervetur uſui.

28. *Diuretica D. Willis.*

♃ Baccar. virid. Junip. Sambuc. ana ℔ vj. Conorum abjetis ℔ iv. Jugland. virid ℔ j. Cort. Winterani ℥ iij. Cort. exter. 6. aurant. & 4. Limonum, Seminum atneos, ſem. Grucæ, ſem. Naſtrutii, ana ʒ j. ß. ſem. Anethi ℥ ij.

Conciſis, & contuſis, affunde ferilactis e vino albo parat. ℔ viij. deſtill. organ. liquor totus miſceatur.

29. *Aqua contra Flatus D. Luctenii.*

♃ Zingib. alb. ℔ ß. Zedoar. Galang. ana ℥ j. ß. Nucis moſcat. Caryophyl. Cinam. elect. ana ʒ ij. rad. Oſtrut. ℥ j. ß. Rad. calam. arom. ℥. ß: rad. irid. florent. ʒ iij. rad. angelic. ʒ ij. Bacc. lauri, ſem. fœnicul. ſem. aniſorum ana ℥ ß. Fol. menth. criſp. ʒ ij. Fol. Chamomillæ rom. cum floribus ʒ ij. ß. Fol. ſutæ ʒ j. via. generoſ. alb. vel malvat. ſeu Petriſimen. ℔ vjl p. c.

Stent in infuſione in vaſe bene obturato per quatriduum ad ſolem, & ſæpius agitentur; poſtea F. deſtil. per cineres.

30. *Aqua ad Guttum Roſaceam Matthioli.*

♃ Camphoræ, ſulphuris vivi, ana ʒ j. Myrrhæ Thuris, ana ʒ ß. Aq. fragor. Aq. roſ. albarnm. Aq. ſcrophular. ana ℥ v. Inſolentur in vaſe vitreo optime clauſo per 10. dies vel amplius, poſtea in B. M. deſtilla; aqua facies ſæpius in die abluatur.

31. *Aqua ad Hydropem Pectoris D. Doringii.*

♃ Rad. calem. aromatici, rad. raphan. marin. ana ℥ iij, Rad. ruſc. ℥ j. cort. & ſemin. Ebuli, ana ℥ ß. Fol. agrimoniæ. Inciſia, & commixta cum hepate, & pulmone vituli, infundantur horis 24. in aq. aprii aq. cotulæ fœtid. ana ℔ iij. Vini rhenan. ℔ ij.

34. *Aqua inſtaurans D. Theod. de Mayernæ.*

♃ CC. primarii, adhuc mollis, ſiccat, & raſi ℥ vj. Capon. unum magnum carnoſum, coxam unam vervecinam, & unam vitulinam, magnas.

Con-

Confractis ossibus, coq. simul in aq. hord. recent. ad putrilag. F. colatura, de qua cape ℔ viij.

Vini Rhenan. optim. ℔ iv. Seri lact. recentis, succ. pomor. redolent. recenter express. ana ℔ vj. Sang. agni rec. mactati contract. ℔ iij. Ova recent. N. 24.

Misceantur omnia; adde.

Micœ panis albi, ex clibano adhuc fumantis, lacte, &c. recenter mulcto penitus imbutæ ℔ ij. Cortic. pomor. redolent. rece. ℔ j. Flor. meliss. virid. m. vj. Summit. menthæ hortens. m. j. Flor. herb. paralysis, flor. thiliæ, flor. liliorum convall. flor. sambuci, flor. borragin. flor. bugloss. ana P. vj. Cort. citr. recent. ℥ iv. Cort. radicum sassafr. cont. Winteran. santal. citrin. Nuc. moschat. ana ℥ j.

F. in vase refrigeratio, destillatio, ut artis est.

♃ Hujus liquoris stillatit. ℔ iv. Aq. cinamon. aq. namphæ fragratiss. ana ℥ iv. aq. syrup. moror. syrup. rub. idæi, syrup. caryoph. rubr. ana ℥ iij.

Misceantur optime, atque indatur nodulus continens.

Ambr. grys. ʒ ß. Mosch. orient. gr. vij. Croc. ℈ ß. Serva ad usum.

33. *Aqua Lactis Alexiteria.*

♃ Fol. Ulmariæ, foi. card. bened. fol. calegæ, ana m. vj. Menthæ absque comis m. x. rad. Zedoariæ. rad. tormentillæ, ana ℥ viij. Lact. recent. ℔ x. Destilla secundum artem.

34. *Aqua ad Lichenas contumaces D. Sennerti.*

♃ Ol. Tartari per. deliq. ℔ ß. Mercurii vini ℥ ij. Destilla per retortam, prodibit primo Mercurius postea aqua ad lichenas centumaces utilis.

35. *Aqna mortua ad scabiem Hartmanni.*

♃ Aqua, quæ post solutionem argenti in aqua forti factam, & incissim præcipitatam residua est, viridiusculam, & scabiosas partes illine, præmissi tamen universalibus.

36. *Aqua Nephritica Fuckerorum.*

♃ Rad. liquirit. ℥ ij. Rad. petroselini, rad. ononidis, rad. pimpinellæ ana ℥ j. ß. Rad. Enulæ ℥ j. Rastr. lign. sessafrar ℥ ij. Fol. hederæ terrest. m. iv. sem. sœnicul. sem. urticæ, ana ʒ vj. Succini hederæ terrest. ℥ v.

Præmissa per tres dies infusione, destilla, aqua serve-

vetur, cui Syrupus de Canella pro condimento admisceri potest.

*37. Aqua Nephritica D. Sorbait.*

℞ Pomor. aurantior. Pomor. limon. succulent. ana N. xij. Cassiæ rec. extract. ℔ j. ß.

Incidantur limones una cnm corticibus, seminibus, & pulpa, contundantur, iisque cum Cessia mixtis superaffunde.

Seri lactis Caprini ℔ vj.

Stent in infus. 24. horis, deinde f. destillatio ex organis vitreis, destillatum edulcoretur pauco saccharo.

Dos. vitrum unum quotidie.

*38. Aqua Nigra Chirurgorum ad Gangrænam, & Sphacelum,*

℞ Gallarum. alumin. ana ℥ ij. Vitrioli alb. ℥ j. ß. Ceruss. ʒ v. Saainæ i virid. æris, ana ℥ ß. Baccar. lauri, Baccar. junip. ana ℥ j. ß. Oliban. ʒ ij. Fol. querc. fol. rutæ, fol. absinth. fol. salviæ, Salis comm. ana Mss. acet. vinosi, vin. lixivii fort: ana mens. ii.

Coq. donec aqua ad tres digitos transversos incocta fuerit; & applica eam cum triplici, vel quadruplici linteo, calide.

*39. Aqua odorifera pretiosa D. Sennerti.*

℞ Flor. lil. convall. m. ij. flos. rosar. rub. m. vj. flor. lavend. m. j. flor. borragin. flor. bugloss. ana m. ij. fol. salviæ, fol. majoranæ, fol. hyssopi, fol. rorismar. ana m. iij; fol. melissæ, fol. menthæ crispæ, ana m. j. Cinamom. acutiss. cubebar. styrac. calamit. ana ℥ j. Macis, pip. longi, cardamom. min. Nuc. Moscatæ, Caryophyll. ana ℥ ß.

Contusis, & incisis minutim, ac repositis in Cantharum magnum, affunde Vini Malvatici, & aquæ rosarum optimæ, ana Cantharos ij.

Digerantur ad tsiduum quotidie, ter agitando, dehinc F. destillatio igne lentissimo, & in capitello, vel rostro ponatur Ambræ, & Moschi, ana ʒ ß. cum syndone rub.

Detur imbecillo vel natura, vel vi cochleare unum sæpe, & humecteatur in hoc destillato lintea pura, puæ admoveantur cordi, temporibus, pulsibus, & naribus.

40. *Aqua Ophtalmica D. Doreri.*

℞ Rad. Valerianæ, Rad. phu. pontic. ana ℥ ij. Rad. caryophyllat. ℥ ß. Fol. rutæ, fol. verbenæ, fol. fœniculi, fol. euphas. cum. fl. ana ʒ vj. Baccar. junip. rec. ℥ j. bacc. lauri ℥ ß. Flor. calendulæ, flor. meliss. Turcicæ, flor. salviæ, flor. rorismarin. flor. rosar. alb. ana ʒ ij. Sem. fœnicul. ℥ ß. caryophyll. cardam. minor. cubeb. ana ʒ j. cinamom. acut. ℥ j. lig. aloes, lig. rhodii ana ʒ j.

Præperatis s. a. affunde vini malvatici ℔ xij. postea in balneo destillentur.

41. *Aqua Ophtalmica externa D. Meybomii.*

℞ Zingib. alb. Camphor. staphysagriæ, pyrethri, ruthæ hortensis, ana ʒ j. ß. Rad. consolid. maj. ℥ j. rad. caryoph. ℈ j. Flor. consolid. regal. flor. chelidon. ana vj.

Concis. & contus. infunde in spir. Vin. rhenan. ℔ j. in calore leni per duos dies, deinde filtra per chartam.

42. *Aqua Ophtalmica vera Mart. Rulandi.*

℞ Vitr. Antimonii pulverisat. ℥ ß. Aqu. fœnicul. rosar. aq. chelidon. aq. euphras. ana ℔ j. ß.

Coq. in Alembico tecto in arena posito per diem, & noctem cola. Residentiæ depuratæ adde olei Saturni rub. ℈ j. serventur usui.

43. *Aqua Pectoralis ad Asthma D. Sennerti.*

℞ Herb. Veronic. herb. scabios. ana M. ij. herb. capill. ven. herb. hyssopi, herb. salviæ, herb. marrub. ana M. j. Rad. Ireos Florentin. rad. glycyrrh. rad. eryngii rad. helenii rad. fœniculi, ana ℥ ß. cinnam. optimi gran. junip. ana ʒ iij.

Affunde sp. vini opt. q. s. stent in infus. per. 14. dies postea destillentur, destillatum funde super.

Dactylos N. x. jujub. sebesten. ana N. xxx. ficus N. x. passul. min. & maj. exacinat. ana ℥ ij. Croci ʒ ß. Digerentur, & filtrentur.

44. *Aqua Prophylactiba D. Sylvii.*

℞ Rad. Angelic. rad. Zedoar. ana ℥ ij. rad. petasit. ℥ ij. fol. rutæ hort. ℥ iv. fol. melissæ, fol. scabiosæ, flor. Calend. ana ℥ ij. Nuc. Jugland. immatur. concis. ℔ ji. Pomor. Citr. rec. concis. ℔ j.

Contundantur omnia simul, deinde affunde aceti vini opt. ad tres quartas partes ex arena in cucurbita vitrea per se destillat. ℔ xij.

Digerantur per noctem; mane destillentur igne cinerum lento pene ad siccitatem, idque sine adustione.

Prodest ad pestem præcavendam, bilem acrem alterandam: admisceri potest potui ordinario, & jusculis ad aciditatem cuivis ægro gratam, & ad sitim tollendam, sudoremque blandum promovendum sæpius quantitatem parva usurpati.

45. *Aqua Prophylactica D. Jac. Vvepfferi.*

♃ Rad. angelic. rad. zedoar. ana ℥ j. rad. petasit. ℥ j. Folior. ruth. ℥ iv. fol. melissæ, fol. scabiosæ, flor. calend. ana ℥ ij. Nuc. juglan. immatur. ℔ ij. pom. citr. rec. ℔ j.

Incis. & contus. indantur vasi terreo, & affund. Acet. destil. ℔ iv. destill. in cineribus per cucurb. vitream ad remanentiam nullius liquoris, usque ad siccitatem, cavendo empyreuma.

46. *Aqua ad Pustulas Facieti D. Grulingii.*

♃ Aq. lilior. alb. aq. Sambuci, ac fabar. ana ℥ vj. ossium sepiæ lithargyr. lapidis calamin. ana ℥ ß. salis armonic. ʒ ij. Camphor. ℈ j.

M, pro usu Lavetur facies subiude.

47. *Aqua Scorbutica D. Sydenham.*

♃ Rad. raphan. rust. rasp. ℔. ij. rad. ari ℔ j. Flor. cochlear. hort. m. xij. fol. menthæ, fol. salviæ, fol. nasturt. aquatic. fol. beccabung. ana m. vj. Sem. cochlear. parum contus. ℔. ß. Nuc. moschatæ ℥ ß. Vini alb. ℔ xij.

Destillentur organ. commun. & eliciantur solummodo ℔ ij. pro usu.

Dof. cochlearia 6.

48. *Aqua ad Suffu sionem Holerii.*

♃ Herb. apii, herb. fæniculi, herb. verbenæ, herb. chamædrios, herb. pimpinellæ, herb. caryophyllatæ herb. salviæ, herb. chelidon. major. herb. rutæ, herb. centinod. herb. morsus gallinæ ( caryophyllor. farina volat. ana ℥ j. piperis crassiuscule triti, nuc. moschatæ, ligni oloes aaa ℥ iij.

Omnia immergantur urinæ pueri incosrupti, & sextæ parti vini Malvatici, bulliant brevi tempore, tunc exprime, percola, & repone in vase obturato, hora somni singulas guttas singulis oculis instilla.

49. *Aqua Vitæ Adgelica Fleetvvodij.*

♃ Passul. maj. Damascen. ℔ iij. dactyl. enucleat. ℔ ß. fol. mellis. Miss. rad. angelic. ℥ ß. sem. anisorum, sem. fœnicull an. ℥ ß. Nuc. mosch. N. 5. liquirit rasæ ʒ j. ß. flor. papav. errat. m. iij. cinnam. acutiss. ℥ ij. ß. Caryophyll. ℥ j. ß.

Grosso modo concisis, & conquassatis, affunde spirit. vini malvat. ℔ xv.

Macerentur per triduum, & agitentur quotidie bis vel ter, postea colentur, adde aquæ papav. errat. & rosar. opt. an. ℔ j. ß. Sacc. cand. alb. ℔ ij. moschi Alexandr. gran. vij. ambræ grys. gr. xv. Mesci.

50. *Aqua ud Ulcera Narium, & Oris D. Sennestri.*

♃ Mell. rosar. ℥ ij. sulphuris vivi, Aluminis crud. an. ℥ j. albi græci; summit. sabinæ an. ʒ ß. spong. sambuci ʒ j. fol. hyperici, fol. rutæ, fol. rorismari, fol. plantag. fol. salviæ, fol. pulegii an. m. ß.

Coquantur omnia in vini, & aq. ℔ ij. ad consumptionem digiti transversi, sub finem addendo ærug. æris ℥ j. & relinquantur, donec refrixerint, postea colentur, & serventur usui.

Tempore usus in Cochleari calefiat, & penicillo iu innicto locus exulceratus illinatur, vel lana mollis, aut linteum ea madidum naribus immittatur.

51. *Aqua ad Vulnera Oculorum Hartmanni.*

♃ Ovorum Gallin. q. v. coq. ad duritiem, dein una cum putaminibus per medium dissectis exime vitellos, postea cum quibusdam albuminibus, ad duritiem coctis, & tenuiter quasi in pultem sectis, cavernas reliquorum ovorum imple, partibusque debite conjunctis & filo colligatis in cucurbita præcise in medium ex filo suspende, obstructo orificio cucurbitam in MB. colloca, videbis albumina liquefacta paulatim in liquorem destillare, quem probe ex fundo cucuribtæ collectum (est enim exiguus) ad vulnera oculorum recentia, cum pennæ pluma sæpius applica.

52. *Aqua Vulneraria D. Joh. Roderi.*

♃ Herb. gallitric. herb. pyrol. herb. vinc. pervinc. herb. consulid. sarracen. ana ℔ j. herb. matrisylv. herb. sanicul. herb. veronicæ, herb. alchymillæ, berb. heder. arbcreæ, hera. artemis. an. M. j. ß. albi Græci Mense Majo collect. ʒ vj. scob. lign. guajaci ℥ pulmonar.

maculosæ M. j. ß. Cerevisiæ veteris, & acidul. mens. x. Stent in digestione per 14. dies, postea destill. per vesicam, & reserva pro usu, in Vitris bene cera munitis.

53. *Arcanum contra Calculum D. Schenkii.*

♃ Nitri purificat. ℔ iij. Spir. Vitrioli ℔ j.

M. ut Nitrum solvatur; abstrahe spiritum ad spissitudinem & colloca in locum frigidum, tunc fiant crystall.

♃ Horum Crystallorum ℥ ij. Sal. absinthii, Sal. genist. an. ʒ. Affunde Oleum Tartari, ut fiat pulmentum, adde Anisor. ʒ j. succini ℥ ß. sacchar. canar. qarum. Dosis ℈ ß. ad ℈ j.

54. *Arcanum ad Herpetum miliarem*, Valesci *de Taranta.*

Rec. Lanam succidam ovis, torrefiat nigra, & pulverisetur, postea misceatur cum aq. rosas. & F. insta. encansti, quo ter de die locus affectus inungatur.

55. *Aurum Potabile pauperum*, Zapatæ.

♃ Sacch. opt. subtiliss. pulv. ℔ j. eique vasi vitreu. indito, adde aq. font. q. s.

Ad eminentiam unius digiti, agitentur simul, ut sacch. dissolvatur: quo vero minor aquæ portio additur, eo hujus nostri liquoris pretiosissimi suavissimique facilior existet compositio.

Hujus aq. saccharatæ ℥ iij. tunc phialæ infundantur. addendo spiritus vini perfecti de vino generoso extracti ab ℥ j. ad ℥ iij. plus, minus, habita ratione ipsius ægroti, eidemque denique liquori aq. rosar. ʒ ß. vel ʒ j. addatur, quæ illi tam suavem, tamque gratum conciliabit odorem, ut languentem, cui propinatur, quid rei sit, ambiguum; quasi a morte resuscitare videatur.

56. *Balneum artificiale D. Sorbait.*

♃ Sulph. vivi apyri, id est ignem non experti, calcis vivæ, ana ℔ j.

M. F. Pulvis.

Qui aliquot ebullitionibus cum aq. comm. mensuris circiter octo coquatur, deinde ab igne removeatur, ut subsideat, & refrigescat per noctem, altera die fiat Balneum plenum cum aq. si fieri potest, fluviatili calida, ad cujus refrigerationem decantetur lixivium pridie ex

spe-

speciebus extractum, remanente in fundo ollæ pulvere, & sic balneumparatum est, in quo duabus circiter horis, servato balnei calore a quali per reaffusionem aquæ calidæ æger insideat; post usum balnei ex ejusdem aqua tantum reaffundatur ad ollam, in qua subsidat ille pulvis, donec impleatur; serveturque reliqua balnei aqua in cupa bene tecta: altera die eadem aqua calefiat; & altera in olla existens iterum ad refrigerium balnei affundatur per decantationem, remanente semper in fundo pulvere; taliter procedendo idem balneum quater usurpari potest, dein si ulterius continuare opus fuerit, novæ balnei species in recenti aqua bulliant, fiatque balneum, ut ante. Si integram balnei curam fieri necesse sit, 28. diebus, sicut in Thermis naturalibus fieri assolet; continuandum illud est, quousque cutis efflorescentiæ, per balneum prucuratæ, totaliter evanescant.

57. *Balneum ad Calculum D. Sorbait.*

♃ Herb. Petroselini, herb. Parietariæ, herb. verbasci, herb. althææ, ana M. iij. Raphanor. incis. ℔ ij. summit. anethi M. ij.

F. decoctio in aq. comm. pro semicupio, cui sæpius insideat æger, præmisso Clystere.

58. *Balneum ad Coxæ dolores D. Leonh. Fuchsij.*

♃ Herb. moliloti, herb. chamæmeli, herb. anethi, Sem. fænugræc. sem. lini, an. M. ij. Herb. absinth. vulg. herb. menth. herb pulegii, herb. calaminth. herb. abrotani, herb. chamœpyteos, herb. stœchad. arabic. herb. betonicæ, herb. sampsuch, herb. verbasc. odorat herb salviæ, chamædr. an. M. j. ß.

Bulliant in cacabo Aqua fontana, quoad. tertia ejusdem pars dissipetur, dein colentur, Aquæ colatæ adjiciantur.

Sulphuris vivi ℔ ß. Nitri ℥ iv. salis comm. ℥ vj. Iterum ferveant unica dumtaxat ebullitione, ac colentur, colata Aqua usui servetur.

59. *Balneum Nervos corroborans D. Joh. Michaelis.*

♃ Her. serpilli, herb. salviæ, herb. origani, herb. chamædryos, herb. chamæpyteo, foliorum lauri, fol. rorismarins flor. chamomill. ana M. iij. rad. imperat. ℥ iij. sulphuris vivi ℔ iij. nitri ℔ j.

 60. *Bal-*

60. *Balneum Paralytica, & contracta membra restituens D. Hieronymi Capivacei.*

♃ Sulph. viv. ℔ j. salis commun. ℔ ß. majoranæ, serpilli, stœchados, calaminthæ, salviæ, betonicæ, rorismarini, puiegii, melissæ, ana m. j.

61. *Balsamum Alexicacum D. Thom. Reinesii.*

♃ Theriac. Andromachi, Mitridat. Camocrat. ana ℥ ß. styrac. calamith. benzoes, ana ʒ j. ß. pulv. angelicæ, pulv. valerianæ, pulv. chamomillæ Romanæ, ana ℈ ij. Olei nucist. express. ʒ iv. ol. angelic. ol. rutæ; ol Succini ol. Spicæ ana ℈ ß. ol. juniperi ʒ ß. Cum sevi agnini s. q. F. l. a Linimentum, addito oleo amyndal. dulc. modico.

62. *Balsamum contra Catarrhos D. Frid. Hoffmanni.*

♃ Olei destill. majoran. ʒ j. ol. succin. ʒ ij. ol. rutæ ℥ ß. ol. express. nucis moschatæ ℥ j. M.

63. *Balsamum Cosmeticum D. Andreæ Cnœffeili.*

♃ Spermat. ceti ℥ ß. olei tartari per deliquium q. s. Misceantur optime in mortario vitreo, deinde adde Olei jasmini ʒ ij. rucc. acid. citr. ʒ iij. magister. malcasitæ, sacch. saturni, ana ʒ j.

M. F. Balsamum. Asperitatem cutis lenit; glabram subtilem, & albisantem e contra, reddit.

64. *Balsamum Dorsale, seu Antiparaliticum D. B. O.*

♃ Bacc. lauri gran. junip. castorei euphor. ana ʒ ij. caryophyll. macis, ana ʒ iij. mastiches, myrrhæ styrac. liquid. ana ℥ ß. succin. albi gummi elem. gummi galban. ana ʒ iij.

Incis. & contus. injiciantur in cucurbit. vitream quibus adde. Lumbr. Terrest. viv. N. xv. superinfunde Terebint. cypr. ℔ j. spir. vin. optim. ℔ iv.

Destilla. Usus ejus in Paralysi, & contracturis partium mira præstat; spinæ dorsi inunctum, mane, & vesperi tepide.

65. *Balsamum Hispanicum.*

♃ Olei vetustiss. ℥ iv. ol. terebinth. ℥ viij. frumenti integri ℥ j. ß. Fl. hypertc. ℥ ij. Rad. card. bened. rad. valerian. ana ℥ j. Thuris slect. ℥ ij.

Radices, & herba grosso modo contundantur, & ollæ imponantur, superfundendo tantum vini albi, ut omnia submergantur stent per biduum, deinde adde fru-

frumentum, & olea, coq. ad vini consumptionem, deinde forti facta expressione, addantur Terebinthina, & Thus, & interebulliant, demum reponatur in vase vitreo ad usum.

Hoc Balsamum intra 24. horarum spatium omnia vulnera conglutinat, in quibus solum simplex unitatis est solutio.

*66. Balsamum Gonzagianum ad Herntas.*

♃ Flor. Sulphuris ℥ iij. myrrhæ, mumiæ, ana ℥ j. exung. serpent. ℥ j. ß. inde vasi vitreo, & adde olei Terebinth. ad eminentiam duorum digitorum, Benzoin. ʒ ij.

Vas optime claudatur, omniaque bulliant ad ignem cinerum, ita, ut intra duos, vel tres dies omnia facessant in Balsamum rubicundum fætidum, attamen Empireuma cavendum est. Hcc post calli emollitionem, si adsit, linteis imbutis applicetur, est ad omnem herniam probatissimum.

*67. Balsamum Matricale P. H. D.*

♃ Galbani purissimi, serapin. ana ʒ vj. assæ fœtide ℥ ß. ammoniac. ʒ j. dissolve in Oleo destillato juniper. & terebinth. s. q. adde Oleo destillat. laur. ℈ ß. Oleo succini ʒ ß. M.

*68. Balsamum Mercurii Anonymi.*

Mercurii viv. qui cum butyro Antimonii prodit ℥ ij. Olei junip. ℥ iij. digere 24s horas tingetur prius cœruleo, postea viridi colore.

In Lue Venerea prodest.

*69. Balsamum Naturale fide dignum, & consolatione plenum. Geor. Golers a Ravensburg.*

♃ Olei hyperic. c. gum. ℔ j. vin. generos. mens. iij. Tereainth. destill. Olei laterin. Oleo lumbricor. ana ℥ ij. ceræ ℥ j. ping. hom. destill. Olei de medullis ana ℥ iij. Theriac. Androm. Mitiridat. Damocr. ana ʒ j. fol. pessic. fol. rutæ murar. fol. pyrol. ana m. iij. Antirrhin. major. m. ix. Hyperici m. vj. Verbasci m. ij. Flor. beton. centaur. minor. prunell. consolid. anr. chelidon. ana m. j. Sem. antirshin. ℥ ß. sem. hyperici ℥ j. ß. Rad. dracunc. macul. rad. aristol. rotund. rad. symphyt. ana m. ß. rad. scrophular. rad. fabar. ana m. j.

Coq. in diplomate vase optime clauso ad consumptionem vini, postea adde

Croc. Martis, Mumiæ, Myrrh. Thuris, Masticg. an. ℥ ß. Denuo coq. leviter per circulationem.

Prodest contra hausta venena intro sumptum; hac tamen conditione, ut prius concitetur vomitus. Calculum, & Urinam pellit, sæpius in ovo coćto sumptum vermesque necat, & expellit, in majori quantitate exhibitum. Interna vulnera mirabili effećtu curat, & externa etiam illa, quæ venenatis armis inflićta sunt, mira celeritate conglulinat, vomitumque sanguinis, & dysenteriam compescit. Melancholicas impressiones, seu a mentis imaginatione, seu a quamcumque externa causa ortas, stupendo modo abolet, seu intro assumatur, seu exterius applicetur. Et si quis cultros, ligna, vitra, setes, fila, acus, crines &c. per vomitum rejicit, ei hoc oleum bibendum exhibe, & super ventriculum applica, & experietur is inde mirabilem prorsus vim.

70. *Balsamum Odontalgicum D. Andr. Cnœffelii.*

♃. Olei caryoph. ℥ ij. in quo dissolve Camph. gr. xxiv. add. Ol. N. mosc. express. q. s. pro consistentia, tandem admiscentur, Extraćt. opii. gr. xv. Fuligin. splendent. q. s. pro tingendo. M. F. Balsamum.

Omnem dolorem dentium (gossypio exceptum, & cavernis impositum) ex quacumque causa ortum, tollit, quod ipse sæpius expertus sum.

71. *Balsamum Pestilentiale externum D. Tudecii.*

♃ Ol. camphoræ destill. ol. angelicæ, ol. citri, ol. juniper. ol. spicæ, ana ℈ j.

F. digestic, donec uniantur, tuuc demum adde.

Axung. viperæ, styrac. calamitæ, ol. nuc. mosc. an. q. s. M. F. Balsamum.

72. *Balsamum Pestilentiale Internum D. Tudecii.*

♃ Ol. succin. rećtis. ol. citr. ol. Damphnræ, an. ℥ j. M. leni calore digere, donec perfećte uniantur, & aurei coloris evadant.

Dos mane gutt. j. ij. iij. in vino, jusculo, aut aqua appropriata.

73. *Balsamum Puerorum dentientium.*

♃ Butyr. majal. non salit. ℥ v. Pingued. gallin. Ping. anat ℥ ß. Succ. express. cancr. fluviatil. sed majur. an. ℥ iij.

Coq.

Coq. in diplomate ad consumptionem humiditatis, in fine adde.

Sanguin. extract. ex cristis galli ℈ v. & post unam, & alteram reiteratam ebullitionem exprimatur, ubi adhuc admiscere poteris Sacchar. cand. q. s.

M. F. Linimentum pro gingivis Infantum.

74. *Balsamum Sulphuris D. Vveinlini, Med. Rotenburg.*

♃ Lact. sulphuris, myrrhæ, mumiæ, ana ʒ ß. benz. el. storac. calamitæ, camphor. ana ℈ ß. oliban. elect. ʒ ij. affund. Olei amygd. dulc. ℥ v. diger. loco calido per aliquot dies, add. Olei anis. destil. ℈ ij.

M. & serv. pro usu.

75. *Balsamum Tabaci Anonymi.*

♃ Spiritum Juniper. & terebinth. ana ℔ j. Fol. nicotian. Indic. ℥ vj.

Infund. circula per 8. dies & coq. exprime prælo.

Sanabit omnem plagam intra 24. horas, ubi nulla intervenerit ruptura.

76. *Balsamum ad Vertiginem D. Schalleri.*

♃ Olei Nuc. mosch. ol. mac. express. ana ℥ j. ß. ol. succini. rectif. ℥ j. ol. nuc. moschat. dest. ʒ ß. ol. majoran. dest. ℈ j. Misce.

77. *Balsamum Vulnerarium D. Barbette.*

♃ Terebinth. ℔ ß. Gum. galban. gun. elemi. gum. hæderæ, gum. thuris, gum. mastich. gum. myrrhæ ana, ℥ j. aloes xyloaloes, galangæ, caryophyllor. cinnamom. nuc. moscat. cubeb. ana ℥ ß.

Infusa 24. horis in s. q. spir. vini destillentur, & oleum usui servetur.

78. *Balsammum Vulnerarium Hartmanni.*

♃ Glban. ammoniac. bdellii, ana ℥ ß.

Macerentur in aceto per triduum, tandem colentur, ex more usitato inspissentur, ad cunsistentiam mellis, postea.

♃ Myrrhæ rub. mastich. el. ana ℥ ß. oliban. ℥.

Pulverisentur tenuisse: adde.

Terebinth. lariceæ, ol. olivarum, ana ℥ ij.

Coque invicem igne lentissimo, perpetuo agitando, donec gummata illa posteriora probe fuerint eliquata, adde vicissim ol. olivar. rec. ℥ j. & lento calore de-

nuo coque, atque ita perge, semper ℥ j. ol. olivar. recentis adijdiciendo, donec ℔ j. integra sit absumpta, semper tamen probe agitando.

Tandem gummata in aceto soluta, colata, & inspissata admisce, simili modo agitando, & deinceps recens oleum olivarum per vices denuo adjiciendo, donec & altera quoque ℔ j. ejusdem olei adjecta fuerit, & Balsamum aliquid flavedinis contraxerit.

Quod si idem Balsamum viride fieri desideras, adde ℥ j. æruginis pulv. & insolando relinque per unum mensem, vel plures, fœcibus paulatim se ad fundum præcipitantibue, a quibus, quod sincerum supereminet, decanta, & vase mundo reserva.

### 79. *Balsamum Vulnerarium Magati.*

℞ Gum. Elemi ℥ iv. balsam. Purnv. ℥ iij. Gum. Tacamach. gum. Carannæ, liquoris in vesiclis Ulmi conteni, ana ℥ ij. Ol. laurini, styrac. liqnidæ, myrrhæ an. ℥ j. ß. thuris albi, Gum. hederæ ana ℥ j. laseris odorat. laudani, styrac. calamit. ping. ammoniaci, bdellii opopanac. sarcocollæ an. ℥ vj. Rad. aristol. rot. rad. imperator. rad. angelic. rad. dictam. alb. rad. consolid. rad. acori, rad. iridis, rad. tormentillæ, rad. bistort. Sem. hyperici, sem. citri, Cort. citri una ℥ ß. cinamom. caryophyll. nuc. myristic. macis ana ℥ j. mastich. aloes, sang. dracon. gran. Tinct. ana ℥ ß. dictam. Cret. ℥ j. Ol. glad. Unguent. ℥ iij. ol. baccar. junip. ℥ j. ß. ol. cera ℥ j. ol. ex resina pin. ℥ j. ß. terebinth. alaræ, lachym. abjet. ana ℔ j. ß. aq. ardent. optim. ℔ vj.

M. diligenter, liqnatis gummis, quæ liquari possunt, seorsim cum portione terebinth. cæteris vero aridioribus grosso modo pulverisatis, conjicianturque omnia in retortam, quæ in qalneo calentis aquæ per 3. dies detineantur, inde luto obducantur, & in æstuasio maneant, donec exsiccatum sit lutum; postea igne cineritio s. a. extrahatur oleum: exibit autem primo aqua, quam Balsami aquam voco, quæ seorsim debet servari, deinde oleum, quod Balsamum dicitur.

### 80. *Balsamum Vulnerarium Samaritanum.*

℞ Ol. olivar. vel. ol. hypericonis, vini alb. generosi, ana p. æq.

Coq.

Coq. ad ignem, ad consumptionem vini.
Est insigne ad vulnera recentiora consolieanda.

81. *Balsamum Vulnerarium Sennerti.*

♃ Terebinth. claræ ℔ ij. Resine Pini ℥ iij. Thuris Myrrhæ, Mastich. ana ℥ j. ß. Gum. Elemi ℥ j. Destillentur s. a.

82. *Balsamum Vulnerarium Comitis a Solms.*

♃ Fol. plantag. maj. & min. fol. auricul. muris fol. consolid. fol. betæ sylvest. fol. pulicar. fol. agrimon. fol. centauræ, fol. millefol. fol. fænicut. fol. nicotian. fol. alchymill. fol. mors gallin. ana m. j. Rad. consolid. regal. ℥ j.

Omnia debito tempore colligantur, decrescente Luna, contundantur, ac gossipii ℔ j. ß. includantur, ultimo addantur Lumbrici N. 50. omnibus collectis, per mensem stent in loco sicco, deinde coquantur in olla vitreata, donec nulla humiditas in herbis appareat ad ℔ j. addatur Terebint. Venet. ʒ j. Fit Balsamum coloris viridis, sanans vulnera omnia.

83. *Balsamum Vulnerarium D. VVolffegans. Tubingensis.*

*Qui id a Paracelso, quo cum olim diu versatus fuerat, summi secreti loco obtinuisse fertur.*

♃ Thur. ℥ j. cinnamom. caryoph. galang. nuc. mosch. cubeb. mastich. aloes hepat. ana ʒ ß. gumm. heder. ʒ ij.

Pulverisata omnia, misce c. s. q. spiritum terebinth. stent in digestione per 8. dies, aut plures, si fieri potest, postea destilla primo per M. B Nam prior liquor ad interiores aliquot morbos, ut sunt, obstructiones hepat. Renum, Colic. in cruditatibus stomachi, suffocat. matric. si umbilicus eo repleatur, magnum vim habet. Postea vitrum obduc luto, & per arenam residuum destilla, donec fœces aridissimæ sunt. Quod primum exit, lactei coloris est, & non ingrati odoris, optimum ad vulnera communia. Ultimus vero liquor, niger est, & odore gravis, optimus tamen ad ulcera mala.

84. *Bezoar Sophisticum.*

Boli armen. præp. cum sp. Vitrioli, CC. usti margarit. præpar. Rad. tormentillæ, rad. scorzoneræ, Sem. acetosæ, sem. card. bened. Fol. ejusdem, Sal. corallor. Succin. albiss. ana ʒ j. Contrayerv. ℥ ß. Camphoræ ℈ ij. ß.

Cum gelatina CC. cum aqua scorzon. extract. formetur pila ovalis, ex lenissimo calore siccetur, iter-

que

que exsiccandrm subinde contrectetur digitis inunctis ol. succin. rectif. donec in lapideam duritiem concrescat: potest addi. Unicornu veri. Bezoar Oriental. Lacrym. Cervi, an. ʒ j.

85. *Bezoardicum Cervinum Benedictum D. Berh. Hertini, Med. Coburg.*

℞ CC. phil. præp. ℥ iij. Exrract. angelicæ, extract. card. bened. extract. Zedoar. ana ʒ ij. affund. nostri aceti alexipharm. ℥ iv. spiritus sambuc. spir. theriacal. ana ℥ ß.

M. stent simul in digestione, vase bene clauso, donec omnir humiditas absumpta sit. Materiam deinde optime exsiccatam subtilissime pulverisa, & serva, pro usu, quod divinum pene est in contagiosis, & pestilentibus morbis. Dosis ℈ ß. ad ʒ ß.

86. *Bezoarticum Viperinum D. Andr. Cnœffelii.*

℞ Pulv. viperin. ex sola spina, seu ossibus nostro more per se, absque igne præp. Unicorn, mineral. terræ sigillat. Melitens. Oculorum cancr. ana part, æqual.

Misce F. Pulvis, qui cum Essent. viperin. seu solo Decocto viperarum s. q. sæpius inebriandus, & iterum per se exsiccandus est. Jam

℞ Pulv. hujus viperin. ccmposit. iij. Antimonii diaphoret. fixi ʒ ij. Essent. moschat. ambarisat. ℈ ß.

Et cnm Mucilag. tragacant. ( per deeoct. viperar, fact.) s. q. fiat Massa, ex qua postea formentur globuli in forma Terræ sigillatæ, vel pro lubitu. Usui itidem est Alexipharmacus. Dosis ℈ ß. ad ℈ j.

87. *Bolus ad Necandos, pellendosque, Lumbricos. Zapatæ.*

℞ Sacch. rub. parum, aq. comm. gut. iij. vel iv.

M. in mortario vitreo ad consistentiam mollis, deinde adde argent. vivi ℈ ß. vel ℈ j. incorporentur simul addendo ol. amygd. dol. gutt. vj. vel vij. quæ impediant, ne Mercurius vivificari possit. M. omnia, & cum pauca Conserva Rosarum F. Bolus.

88. *Bolus ad Vomitum D. Frid. Deckers.*

℞ Conserv. menth. crisp. ℥ j. Theriac. opt. ℈ ij. pulv. cinam. acut. ℈ ß. balsam. peruv. gutt. iij.

M. F. Bolus.

*89. Cataplasma ad Anginam D. Michaelis.*

℞ Flor. lil. malvæ. Flor. alb. ana M. j. Ficuum ping. N. viij. Rad. althæe, rad. lil. alb. ana ℥ ij. Sem. fœnigræc. sem, lini ana ℥ ß. Nidi hirund. N. j.

Coq. in s. q. lact. ad putrilaginem trajiciantur per setaceum, & add.

Albi Græci ℥ j. noctuæ conbust. ʒ ij. ol. lil. albor. ol. chamomil ana q. s.

M. F. Cataplasma.

*90. Cataplasma Anodynum D. Cnœffelli.*

℞ Medul. pan. alb. cum liquore reservato, mucaginis aquaticæ, in formam pultis liquidioris redact. ℔ j. ß. Pulv. fol. nicotian. nostrat. pulv. nymph. ana ℥ ij. Fl. chamomillæ, Rad. ulmar, ana ℥ j. myrrh. rubr. elect. Vitrioli calcin. (ad albed. usque) ʒ vj. medull. cassiæ rec. extract. ʒ j. croci ʒ j. ℈ j.

M.F. Cataplasma, cui adhuc adde Olei spermat. ranar. parum. Applicandum calide, linteis raris exceptum, ac pro necessitate reiterandum.

*91. Cataplasma, Arthriticis omnibus utile D. Fr. di le Boe Sylvii.*

℞ Farin. rad. alth. farin. sem. lini, rarin. hord. an. ℥ j. Coq. cum lacte bubulo ad pultis consistentiam. F. Cataplasma; quod mediocriter calens applicetur.

*92. Cataplasma ad Calculum Cratonis.*

℞ Cancros fluviat. N. x.

Incidantur per Medium, & coquantur in Lacte, deinde succus fortiter exprimatur, quo imbuantur medullæ, & addantur.

Panis albi ℥ iv. vitelli ovorum N. iij. butyri recent. ol. chæmom. ana ℥ j. Croci gran. v. M. in Mortario.

F. Cataplasma renibus applicandum.

*93. Cataplasma ad Dolorem oculorum D. Sennerti.*

℞ Pulp. pomi dul. assat. ℥ ß. Camph. gr. xv. Croci gr. v.

F. Cataplasma.

*94. Cataplasma Emolliens ad partes scirrhosas. D. Morelli.*

℞ Urticæ recent. m. iij. Salviæ m. ß. chærefolii, chelipon. maj. ad. m. j. ß. coq. iu s. q. aq. font. ad formam Cataplasmatis.

*95. Cataplasma Febrifugum D. Fr. Hoffmanni.*

℞ Urtic. min. recent. burs. pastor. recent. rut. rec. an. M. ß. Groſſo modo cum Aceto Acerrimo contuſis, adde, Lap. prunell. Salis comm. an. ℥ ß. tel. aranear. ʒ j. M. F. Cataplasma ſingulis quinque horis pulſibus applicaudum in Febribus.

*96. Aliud D. Andr. Cuœſſelli.*

℞ Nucleor. vel digitor. capit. alii, a pellic. mundatorum, N. iij. Sayis com. P. j. croci ℈ j.

Miſceantur omnia in vaſe ligneo, cum piſtillo etiam ligneo, affuſo ſubinde Aceto, ut pulticulæ conſiſtentiam acquirant. Mixtura in linteolo extenſa, paroxyſmi tempore, cum calor febrilis jam corpus occupat, ſiniſtro annulari toti applicetur, ſinatur 9. diebus, iiſque præteritis eadem hora, qua erat applicatum, auferatur, & in aquam profluentem projiciatur. Sunt qui hoc Cataplasma die illo, in quo patiens a febre liber eſt, applicare ſolent, & per 24. horas ſolum in digito geri, & hoc ter, vel quater reiterari volunt. Veſicula excitata, quæ valde moleſta, tegitur cum emplaſt. ſperm. ranar. Cum hoc Cataplaſmate (quod abhinc 20. ambis circiter ab amico quodam ex ſingulari gratia, & ſub ſecreta fide accepi) a febre tertiana ſanavit Illuſtriſs. Enſifer Regni Dn. Dn. Franc. Bilinski &c. cum chariſſima ſua Conjuge plus, qnam 100. perſones, ex Amicis nempe, famulis, & ſubditis ſuis propriis.

*97. Cataplasma ad Mammarum tumorem a lactis coagulatione, & copia, mihi probatum.*

℞ Herb. menthæ, herb. apii hort. an. M. j. ß. Flor. ſambuci M. j. Sem. Coriand. ℥ ß. coq. in s. q. lact. vaccin. ad formam Cataplaſmatis, cui adde, ſperm. Ceti ℥ j. Mumiæ ʒ ij. Cineris cancr. fluviat. ʒ j. ol. chamom. q. s. M. omnia exacte.

*98. Catasplasma Miraculoſum D. Joa. Lud. Hanemanni.*

℞ Cataput. minoris, Succ. tithymal. an. ʒ v. ſucc. cucum. agreſt. ʒ iij. Colocynth. ʒ v. Helleb. nigri ʒ iij. Tereblnth. Cort. med. ſambuc. an. ʒ vj. Scammonii ʒ iij. M. c. s. q. Mellis F. Cataplasma,.

Si umbilico ſuperpoſueris, purget; ſi ſtomacho, facit vomere; ſi renibus, mingere; ſi thoraci parturientis, abortire.

99. *Cataplasma ad Oedema efficax D. Barbette.*

℞ Rad. althœæ ℥ iij. rad. bryoniæ, rad. ebuli, ana ℥ ij. Fol. salviæ, fol. rutæ, an. M. j. fol. sabinæ M. ß. coq. ex aq. & vini æq. partibus.

Addendo sub finem aceti ℥ iij. contusis adde

Farinæ fabar. ℥ ij. ß. Cinerum com. ℥ ß. stercor. vacin. ℥ j. fermenti ℥ j. ß. ol. chamom. ℥ iij. axung. porci ℥ ij. M. F. Cataplasma.

100. *Cataplasma ad Scirrhum D. Barbette.*

℞ Rad. althœæ ℥ iij. rad. iridis ℥ j. Fol. bras.scæ fol. pariet. fol. malvæ, Flor. chamom. flor. melilot. an. M. j. Semi-lini ℥ ij. Coq. ex aq. com. & contusis, adde Sterc. Caballin. ℥ ij. axung. porci, ol. chamom. ana ℥ j. cepar. coct. ℥ ß. M. F. Cataplasma.

101. *Cataplasma Suppnoationem promovens D. Morelli.*

℞ Rad. althœæ, rad. lil. alb. ana j. ß. Fol. malvæ, fol. branc. Ursin. ana M. j. Passul mund. ℥ vj. ficuum ping. N. viij. farinæ trit. ℥ ij. sapon. Venet. ℥ ij. Coctis, & cribro trajectis, adde Axung. porci ℥ j. ol. chamom. ℥ ij. M. F. Cataplasma.

102. *Cataplasma ad Tendinis Puncturam D. Sydenham.*

℞ Rad. lil. alb. in lacte vaccino ad teneritud. coct. & contus. ℥ iv. Farinæ sem. lini, Farin. avenæ ana ℥ iij. Coq. ad. Cataplasmatis consistentiam in eodem lacte, quo radices coctæ fuere. M. adplicetur parti affectæ.

103. *Catharticum Cinnamomisatum D. Fr. Zobelli.*

℞ Acid. Tartari vinisat. & pulverisat. ℥ ij.

Hujus parum inde mortario vitreo, vel marmoreo, & adde guttatim Olei cinnamom. ℈ j. vel quantum capere potest, modo ne nimis humidum fiat, sed formam Pulveris retineat. Hæc invicem probe misce, addendo resin. scammonii prius bene cribrati, & in mortario agitati ℥ j. & habebis Pulverem suavem, & bene olentem.

Pulvis hic grati est saporis, daturque sine fastidio parvulis, Puerperis, imo etiam, viribus dejectis quibus necessaria purgatio, Colicis, & Melancholicis.

104.

104. *Cauterium.*

Sine omni dolore cutem vivam mortificans, ut eſchara detrahi queat, & foramen apertum maneat.

Felic. Plateri.

℞ Calc. viv. Fecum vini uſtar. an. ʒ ij.

In ollam vitreatam impoſita miſceatur cum Lixivii fortis, quale tonſora eſt, Menſ. ß. macerentur parum, & coquantur poſtea, quieſcat, donec turbulentum reſideat, quod clarum affundatur, ſenſimque coquatur, donec lapideſcat, ſervetur in vitro bene clauſo, ne aer cuaeat, & materia diffluat, applicetur piſi quantitate; intra horas quatuor operationem perficit, ſine omni ſenſu moleſto, ſi diffluit, rurſum coquantur, ut lapideſcat.

105. *Ceratum de Miuio ad ulcera antiqua, Phil. de Maſiero.*

℞ Minii ℥ vj. ol. comm. ℔ j. ceræ alb. ℥ j.
M. F. l. a. Ceratum.

106. *Cereviſia Purgantiva D. Sydenham.*

℞ Polypod. Querc. ℔ j. Rad. Rhab. Monach. Fol. ſennæ. Paſſul. enucleat. ana ℔ ß. Rhab. incis. Raphan. ruſtican. an. ℥ iij. Fol. cochlear. Fol. ſalviæ, ana M. iv. Aurant. incis. N. iv.

Infunde in Congiis v. vel vj. cereviſiæ non lupulatæ fermentationis tempore, & quando ad maturitatem pervenerit, ſit pro potu ordinario per dies 14. vel 21. præcipue vero ſumat hauſtum ſingulis auroris.

107. *Cinnamomum Laxativum Coburgenſium.*

℞ Pulvis cinnamom. ʒ iij. ß. Bol. armen. ʒ ß. ſcammon. roſat. ʒ vj. c. mucilag. tragacanth. & aqua cinamom. q. s.
F. Paſta, ex qua formetur Cinamom. pondere ʒ ß. ʒ j. iv. ʒ j. ß.

108. *Clyſter. ad Colicam flaulentam D. Ettmulleri.*

℞ Decoct. carmin. ℥ vj. Urinæ humanæ ℥ iij. fermenti ℥ j. la com. ℈ j. mel. roſar. ℥ j.
M. F. Clyſter.

109. *Clyſter. ad Diarrhœam D. Sydeuhbm.*

℞ Cort. granat. ℥ ß. roſas. rua. P. ij. coq. in s. q. lact. vaccin. in colat. ℔ ß. diſſolve El. diaſcord. Frac. ℥ ß.
M. F. Enema.

110.

110. *Clystes. nutriens D. Morelli.*

℞ Juris Carnium ℔ j. ſacch. ℥ ß. vini Rhenan. ℥ ij. vitell. ovor. N. ij. conf. alkerm. ʒ ij. M. F. Clyſter.

111. *Collyrium ad Catarractam D. Barbette.*

℞ Aq. chelidon. ℥ j. ß. Vini alb. Gallic. ʒ ß. ſpir. vini ʒ ij. vitriol. alb. gr. vj. Tutiæ præp. ℈ j. Vitri antimon. ga. v. Sacch. cand. ʒ ij. ß. Camph. gr. vj. M. F. Collyrium.

112. *Collyrium ad Ophtalmiam D. Barbette.*

℞ Gum. tragac. ʒ ij. mucilag. ſem. pſyll. ʒ iij. aq. roſar. & plantag. an. q. s.

M. F. Collyrium mediocris conſiſtentiæ, guttatim oculo inſtillandum, & lintea in eo madefacta extra applicando.

113. *Collyrium D. Joh. Felveri.*

℞ Phlegm. Vitrioli, & Aluminis, an. part. æqual. ſcil. an. ℥ j. ß. croc. metalior. ſacch. ſaturni ℈ j. ß. tutiæ præp. quam ſubtiliſſime ℈ j.

Stent per menſem in digeſtione, poſtea filtrentur. Cum extremitate ſubtilis penicilli hac mixtura imbuti vel oculos ſubtiliter abſtergatur, vel ad canthum externum una, & altera guttula inſtilletur.

114. *Collyrium ad Pannum, ſeu Unguen oculorum conſumendum D. Foreſti.*

℞ Succi fœniculi ℥ iv. Succ. chelidon. ℥ iij. Succi rutæ ℥ ij. Succi malvæ ℥ ij. aloes ℈ j. vitriol. ℈ ij. erugin. æris ℈ j. Zinziber. cinamom. an. ℈ ß. fellis anguillæ ℥ ß. ſacch. cand. ℈ ij. mellis opt. ℥ ß.

Bulliant Succi; addendo reliqua, & depurentur. F. Collyrium. De quo ſæpius in die aliquid in oculum inſtilletur.

115. *Coufectio Balſamica D. Bernh. Herlini.*

℞ Mann. elect. ℥ ij. cott. citr. ſuperior. rec. ℥ j. conſect. alkerm. ℥ ß. Olei, cinamom. ol. caryoph. an. gutt. v. ol. meliſs. ol. macis, an. gutt. vj. Elix. vit. ℥ ij. ſpir. roſar. ſpir. lil. convall. ſpir. rub. idæj an. ʒ ij.

M. bene, & ſervetur uſui.

116. *Decoctum Album ad Dyſentheriam D. Sydendam.*

℞ Ras. CC. micæ panis alb. an. ℥ ij. coq. in aq. font. ℔ iij. ad ℔ ij. colatura edulcoretur s. q. ſacch. alb.

Servit pro potu ordinario.

117. *Decoctum Antiphthysicum D. Andr. Cnœffelii.*

♃ Rad. farfaræ, rad. polypodii, rad. glycyrrhizæ, rad. levic. an. ℥ j, Herb. pulmonar. herb. Salviæ, herb. verben. herb. scabiosæ, Flor. hepat. nobil. an. M. j. Sebesten. jujubar. an. ℨ ij. sem. anis. ℈ vij. caricar. N. x. Aq. fontan. pur. ℔ iv.

Incisa, & contusa crassiuscule, coquantur in præscripta mensura Aquæ simpl. usque ad tertiæ partis consumptionem. Decoctum colatum, & purificatum edulcoretur cum melle clarificato q. s.

Dosis ℥ iv. ad ℥ vj. & ℥ viij. mane, & circa noctem perduum, finito tempore, omnia de novo, in modum præscriptum, iterum incipienda sunt, usque ad meliorationem.

118. *Decoctum antiscorbuticum D. VVieri.*

♃ Absinth. vulgar. gran. junip. contus an. M. j. lactis caprini ℔ iv.

Coq. ad tertiæ, vel quartæ partis consumptionem. Post colentur cum forti expressione, colat. adde Croci ℨ ß. vel. ℨ j.

Et semel atque iterum rursum bulliant, & denuo colentur. Decocti hujus haustus tepidus ter de die propinetur, mane, hora quinta pomeridiana, & cubitum petendo.

119. *Decoctum Carminativum D. Jo. Theod. Schenkii.*

♃ Origan. pulegi, fl. cent. min. summit. absinth. Pont. ana M. ß. .em. aneth. ℥ j. sem. anis, sem. fœnicul. an. ℥ vj. ℨ ij. sem. card. ben. sem. card. Mariæ, ana ℥ ß.

Macerentur in aqua Card. ben. & fl. sambuc. q. s. per diem & noctem.

Cras mane Coq. Coletur ℔ j. adde syr. de cort. citr. ℥ ß. syr. cochlear. ℥ j. Vquæ Zedoar. ℥ ß.

M. pro 4. dosibus.

110. *Deeoctum Cephtlicum D. Joh. Michaelis.*

♃. Rad. aristol. rotund. rad. pœon. rad. imperator. an. ℥ j. Cort. visc. querc. cort. corylin. an. ℥ ß. Fol. salv. fol. rutæ, fol. rorismarin. fol. beton. an. M. j. Fl. stœchados Arab. Flor. anth. Flor. lil. cunvall. ana P. j. Bacci laur. ℨ j. bacc. juniper. ℨ ij. Sem. anisos. sem. coriandr. an. ℨ iij. Spiritus vitrioli ℨ j.

Coq. in s. q. hydromel. simpl.

♃ Colatur ℔ j. in hac dissolv. Syr. de Stœchad. Arab,

Arab. Syr. Florum. betou. an. ℥ ij. In clarificatione adde Spec. diambr. spec. dianthos ana ʒ ß.

M. pro dosibus 4 mane. Usus contra catarrhos frigidos.

121. *Decoctum Diureticum meæ descriptionis.*

℞ Rad. asparag. rad. petroselin. rad. apii, rad. altheææ, an. ℥ iij. Fol. caqill, ven. fol. parietar. fol. herniar. fol. malvæ, ana N. j. ß. Baccar. alkekengi. baccar. junip. ana ℥ j. ß. Sem. saxafrag. sem. millii Solis; ana ℥ ß. cicerum rub. hord. mundat. ana M. j. sebbesten, ficuum ping. ana N. xxx.

Conscindantur omnia minutim, & contundantur, fiatque decoctio in aquæ pluvialis mensuris vj. ad consumptionem mensuræ unius. Colat. clarific. adde.

Syr. nephrocathart. Joub. ℥ v. succi limon. rec. vel sp. vitriol. q. s. ad gratiam.

Dos. ℥ vj. post singulas horas. In possesso Calculo.

122. *Decoctum Expulsivum ad Variolas Avicennæ.*

℞ Lacc. ablut. ʒ v. lentium excort. ʒ ij. gumm. tragac. ʒ iij. coq. in aq. ℔ ß. ad remanentiam ℥ iij. vel ℥ iv. Colatura potanda detur.

123. *Decoctum Expulsivum Variolarum D. Lotichiij.*

℞ Ficum ping. passul. enucleat. ana ℥ ß. sem. fæaic. ʒ ij. CC. usti præp. ʒ iij. sem. aquileg. ʒ j. ß. lentium excort. ℥ ß. lacc. oblut. ʒ ij. gumm. tragac. ʒ j. ß. florum calend. P. j. foliorum Scord. P. ϑ. coq. in aq. font. ad tertias, colat. adde

Syr. acetos. citr. q. s. ad gustus gratim.

124. *Decoctum in Lue Venerea D. J. Z.*

℞ Ligni sanct. ℥ iij. cortic. ejusd. ℥ v. sars. paril. ℥ ij. sassafr. Mercuri in petia ligat. Antimonii crud. in petia ligat. ana ℥ j.

Incis. & cont. coq. in aquæ mensur. xij. in olla ad tertias, & colentur: cooperculum ollæ foraminulum habeat.

Usus. Colaturæ dantur singulis diebus mane ℥ iv. vel ℥ vj. pro potu sudorifero; sudor proliciatur vel in lecto, vel in balneo laconico, aut hypocausto,

Residuum coquitur cum aqua, & uvis passis: addito pauco Lign. sancto novo, & cort. ejusd. item cinnam. pro potu ordinario: Usus hujus continuandus per 14 dies.

125. *Decoctm ad Menses movendos Hippocratis.*

℞. Tædæ pinguiss. q. v.

Concisum decoque in vino albo, & de hoc decocto trium Cyathorum mensura utatur æger.

126. *Decoctum Odontalgicum D. Dan.* Segleri.

℞ Fl. rosas. rubr. fl. balaustior. an. M. ß. fl. salviæ P. j. Rad. pyreth. rad. bistort. ana ʒ i*l*. Fol. tabaci, cort. granat. ana ʒ j. cupress. ʒ j. ℔. nuc gallar. N. iv. Aluminis caud. ʒ vj.

Contundantur gr.m.& coquantur in dimidia parte aquæ,& aceti.

127. *Decoctum ad Perniones D. Sennerti.*

℞ Vini albi ℔ j. *aluminus* ℥ j.

Bulliant simul, & pars affecta abluatur.

128. *Decoctum ad Phthisin D. Ettmulleri.*

℞ Lig. guajac. ℥ iij. cort. ejusd. ℥ j. rad. chinæ incis. rad. bardanæ, rad. helenii, ana ℥ ij. baccar. Iunip. ʒ iij. herb. veronic. M. ij. herb. hederæ terrest. M. j.

Incisa macerentur in ℔ xij. aq. simpl. per 24. horas, coq. ad dimidium, addendo in fine sem. anisi, sem. fœniculi, ana ℥ ß. rad. liquiri, ℥ j.

De colat. capiat omni mane bonum haustum, expectando aliqualem sudorem.

Addendo cuilibet haustui bals. Sulphuris terebint.gutt. xii.

129. *Decoctum Pituitam per Urinas evacuans Fr. de le Boe Sylvii.*

℞ Rad. apii, rad. eryng. rad. asar. ana ℥ j. fol. cusem. fœnic. dulc. sem. seselios sems saxifrag. aga ʒ i..

Ccq. ex aqua pura ad colat. ℥ xxx. addendo Syr. 5. rad. ℥ iij. Spiritus Salis dulc. vel Salis volat. sneccin. ʒ j. M.

Bibat Æger bis in die haustum ad ℥ iij. iv. vel v. stomacho cibis vacuo, hoc est, quinque ad minimum post assumptum cibum horis. Præstabit, si cales, aut tepidus saltem usurpetur. Pituitam deducit ad renes, ac educit cum Urina potenter.

130. *Decoctum evacuans per Urinas, vel Sudores. Fr. de le Boe Sylvii.*

℞ Rad. apii rad. petasitid. an. ℥ j. rasur. lin. juniper. sem. milii, an. ʒ iij. Coq. s. a. ex aqua pura, in co-

colat. ℥ xxx. diſſol. Syr. rad. ℥ iv. ſpirit. ſal. dulc. ℈ j. M.
Capiat bis, terve in die hauſtum, ſi non abhoreat Æger, calentem, & imprimis ſummo mane in lecto, unde prodibit facilius ſudor: ſin minus, Urina copioſior, ſicque pedetemtim conſumetur ſanguinis ſerum, omneſque humores reddentur puriores, ac meliores.

131. *Decoctum Sudoriferum ad Luem Veneream D. Sorbait.*

℞ Rad. aſari ℥ ß. rad. lapath. acut. rad. lappæ maj. an. ℥ iij. rad. ſarſæp. rad. chinæ, ana ℥ iv. ß. ligni ſas ℥ iij. ligni Guaj. ℔ ß. cort. ejuſd. ℥ iij. paſſul. mund. ℥ ij.
His omnibus affunde aq. comm. bullientis ℔ xvj. ſtent infuſa in loco tepido, non tamen ad ignem 24. horis, dein fiat decoctio ad decidentiam ℔ vj. colatura forti expreſſione facta, ſervetur pro ſudore ordinario. Dos. ℥ vj. ad. viij.

132. *Decoctum Vulnerarium D. Sorbait.*

℞ Rad. tormentillæ, rad. conſolid. utriusqne an. ℥ ß. Herb. saniculæ, herb. pyrolæ, herb. verbenæ, alchimillæ, herb. vincæ pervinc. herb. Roberti an. M. ß. Fl. verbaſci, Fl. hypericon. Flor. centaur. min. an. P. j. Aſtacor. mund. & ſiccor. N. iij. mumiæ ʒ ij.
Macerentur per 3. dies in vini alb. & aquæ veronicæ an. ℔ ij. in vaſe circulatorio ad calorem balnei Mariæ vapoſoſum, dein fiat expreſſio. Coletur per manicam Hipp. & aromatizetur pauco Cinnamomo. Dos. ℥ ij. ad ℥ iij.
Ad edulcorationem addi poteſt vel ſacch. alb. vel ſyr. de ſymphyt. Fernelii.

133. *Diaphoreticum compoſitum D. Andr. Cnœffelli.*

℞ Antim. fixi diaphoret. ʒ ij. bezoar. mineral. ℈ iv. corall. rubr. præp. ʒ j. pulv. viper. ex cord. & hepat. croc. noſtr. ſolar. an. ℈ j.
Miſceantur, fiatque ex his omnibus, in mortario vitreo Pulvis ſubtiliſſimus, cui adhuc admiſceatur.
Eſſent. citr. ex cort. exter. rac. extract. gr. xv.
Servetur pro uſu in vitreo bene clauſo.

134. *Diaphoreticum Tartari camphoratum Fr. Zobelli.*

℞ Optim. acidi Tartari ℥ vj. adde in retorta camph. ℥ j. & affunde Aceti deſtill. ℥ ix.

Bene obtura retortam; eamque dimitte in arenam & fac, ut res hæ per integrum triduum sensim coquantur, tunc retorta auferatur, quæ si refriguerit, acetum effunditur, & relictæ res exsiccantur, atque subtiliter tenentur. In hac operatione acquirit tartarum penetrantissimam virtutem, sic porro perge &c.

♃ Hujus ita præp. tartari ℥ ij CC. absque igne calcin. Magist. Antimonii. an. ℥ j.

M. more solito, & redige omnia in subtilem pulverem, habebisque nobile hoc, atque efficax ita paratum Diaphoreticum.

Pulvis hic diaphoreticus penetrantissimæ est naturæ, unde totius corporis impuritates per sudorem expellit. Tartarum coagulatum resolvit, venenosumque realgar in sanguine, unde tot ægritudines, atque inter cætera etiam Scorbutus oriuntur, mortificat, quod diu quidem in sanguine latitat; ut vix animadverti possit; tandem vero maculis in cute interdum rubris; interdum puniceis, interdum viridibus, aut etiam nigris se prodit, variisque symptomatibus. Diaphoreticum vero hoc potentissimum hunc hostem cum Deo profligat, si singulis septimanis ab viij. ad xij. & xx. gr. in aqua e typhiscerv. aut card. pro sudore ciendo in lecto, seu Laconico detur. Commendabile etiam est in Peste, inque sine metu majoris æstu, qualem theriacalia concitare solent, venenum expellit, redditurque potentius, addito ℈ j. spiritus tartari, ac aqua card. bened. felicissimo eventu in quartana sumitur, ita, ut æger ad unam, alteramque horam sudet, neque quatuor pos horas quicquam comedat: repetetur hæc Medicina tertia, vel quarta vice. In variolis, & Morbillis thesauri instar asservetur, in qnibus quotidie iv. vi. vel. viii. grana mane, & vesperi, in aqua typhor. cerv. quæ cum aqua cad. ben. & syrup. citr. permixta sit, propinetur; habeatur vero ratio ætatis, & conditionis ægri.

135. *Aliud pretiosum.*

♃ Oxytartari crystallin. ℥ ij. CC. absque igne præp. ℥ ß. Magist. perlar. magist. corall. magist. unicorn. an. ℥ ij.

M. F. Pulvis subtilissimus. addi potest aliquid ambr. grys.

Pulvis hic jucundi saporis, cordialis est, venena, & impuritates sanguinis per diaphoresin purgat, omnesque cor-

cordis anxietates emendat. Datur in febribus pestilentialibus, Variolis,& Morbillis. Utilis qnoque est in Diarrhœis, Pleuritide cum hœmoptysi conjuncta, in scorbuto bis datur in septimana.

136. *Eclegma incrassans ad Tussim D. Sydenham.*

℞ Ol. amyg. dul. ℥ j. Syr. papav. Rhœad. Syr. portulac. Syr. jujubin. Loochsani, ana ℥ ß. Sacdh. Trystall. q. s. M. in mortario marmoreo ad integræ horæ spatium & F. Linctus perfecte mistus, de quo capiat æger sæpius cum baculo liquiritiæ.

137. *Electuarium Alexipharmacum D. Theod. Schenkii.*

℞ Elect. diascord. ℥ ij. theriac. mithridat. ana ʒ ij. elixir. pestilent. Croll. ℈ ij. spiritus CC. ℈ j.

Dosis sit magnitudo Castaneæ dimidiæ.

238. *Electuarium Ant-Epilepticum singulare Magni Duc. Hetrur.*

℞ Cran. human. ℥ viij. rad. pyreth. sau. aristol. rot. an. ℥ j. Sem. pœon. Sem. rutæ, Sem. siler. montan. ℥ ß. Fol. hyssop. fols spic. nard. fol. epithym. Fl. chamæmel. R. Fl. stœchad. Ar. an. M. j. cubeb. galang. gran. paradis. an. ℥ ß. cinnamom. ℥ j. Muc. moschat. N. iij. caryophyll. ʒ ij. agar. trochiscat lapid. Lazul. an. ℥ ß.

M. F. Pulvis subtilissimus. Cujus, singulis ℥ ij. additur ℔ j. Mellis despumati. F. Electuarium.

Usus. Corpore purgato, sero cubitum ituro ægroto,& mane a lecto surgente exhibeatur quantitas castaneæ per 15. dies.

139 *Electuarium Antifebrile D. Sydeuham.*

℞ Cort. Peruvian. subtil. pulv. ℥ j. cum syr. caryoph. vel de rosis. sicc. q. s,

M. F. Electuarium.

Dividendum in 12. partes æquales, quarum unam capiat quarta quaque hora æger, incipiendo immediate post paroxysmum, superbibendo haustum vini.

140 *Electuarium Antiphthisicum. D. Gottoſ. Christ. VVinckleri.*

℞ Rad. symph. maj. sad. tussilag. rad. enul. mundat. ana ℥ iv. Coq. in aquæ simpl. s. q. ad mollitiem, tunde, & trajice per setaceum.

℞ Passul. maj. & min. an. ℔ ß.
Coq. in brodio reliquo a radicibus, & extrahatur pulpa, eodem modo.
℞ Salv. acut. beton. hyssop. veron. hedes. terr. pul. mon. macul. an. m. j.
Coq. ad mollitiem in brodio a passulis relicto.
℞ Decoct. colat. sacch. canar. ℔ j.
Coq. ad consistentiam, coletur. Adde.
Pulp. rad. & passul. Amygdal. dulc. excort. Pinear. recent. probe pistat. an. ℨ iij. Cinam. ℨ ij. Croc. ℈ j.
M. F. s. a. Electuarium.

141. *Electuarium Cholagogum Sylvii*.

℞ Pul. prunor. acido dul. ℨ x. Crem. tartari, scammon. opt. aa. ℥ ij. Rhad. ell. ℨ x. cinoamom. acut. ℥ ß. santal. citrin. ℨ ij. Sacah. clarific. ℨ xvj. M. F. s. a. Electuarium.
Dosis ℨ iij. ae ℨ ß.

232. *Electuarium Dysentericum D. Andr. Cnœffellii*.

℞ Succ. acac. sive prun; sylv. inspissat. ℔ ß. ℥ iij. Cons. rosar. antiq. Fl. papav. errat. cond. cydon. an. ℥ iv. mellis ad spissitud. coct. ℔ ß. sed. tormentill. subtilit. pulv. gland. immatur. subtil. pulv. nuc. mosch. an. ℥ iij. cum myv. cydon. q. s.
F. s. a. Electuarium medicæ consistentiæ.
In dysenteria, diarrhœa, lienteria, aliisque fluxibus desperatis, potenter adstringendo, remedium est infallibile.
Dosis a ℨ j. ad ℨ ij. superbibendo haustum Aq. spermat. ranar. destill.

143. *Electuarium Exhilaraas pro formidolosis nimium in Peste Tabernæmontani*.

℞ Conserv. rosar. conserv. borrag. cons. bugloss. conserv. flor. caryoph. hort. an. ℥ j. Flor. aurant. condit. flor. citri condit. an. ℥ ß. Pulv. lætific. Galen. ℨ ij. Pulv. cinnamom. ell. pulv. cort. titri an. ℨ j. pulv. zedoar. pulv. doroni an. ℨ ß. pulv. croci ℈ ß. Syr. cort. citri, & pomor. redol. an. q. s.
M. F. Electuarium.
Dos. mane, & vesperi magnitudo Castaneæ dimidiæ.

144. *Electuarium ad Fluorem album D. Sydenham*.

℞ Theriac. Andr. ℥ j. ß. Conserv. flaved. aurant. ℥ j. Elect. diascord. Frac. ℥ ß. Zingib. condit. Nuc. mosch.

sch. condit. an. ʒ iij. pulv. e chelis cancr. ʒ j. ß. cort. exterior. granat. rad. angelic. Hisp. corall. rubr. præp. Trochisc. de terra Lemnia, ana ℥ j. boli Armen. ℈ ij. gumm· Arab. ʒ ß. cum s. q. syr. de ror. sicc.

F. Electuarium.

Dos. Magnitudo nucis mosch. maj. mane, hora quinta pomeridiana, & nocte per mensem integrum, super perhibendo seq. infusionis cochlearia circiter vi.

♃ Rad. enul. camp. rad. imperat. rad. angelic. rad. gentian. ana ℥ ß. Fol. absynth. Rom. fol. marrub. alb. fol. centaur. minor. fol. calaminth. ana m. j. baccar. junip. ℥ j. Incidantur minutim, & infundantur vini Canar. ℔ v. stent simul infus. frig. Colentur tantummodo tempore usus.

Abstineat æger ab usu olerum, & fructuum, & singulis pastibus hibat vinum Hispanicum.

145. *Eleetuarium Hydragogum Sylvii.*

♃ Baccar. junip. in ad. coct. express. & ae pulpæ consistentiam redact. Putpæ Tamarind. ana ℥ iv. Rad. julap. ℥ j. ß. scamon. el. ℥ j. cinnamom. acut. sem. fœnic. dulc. ana ʒ ij. sacch. clar. f. ℥ x. M. F. s. a. Electuarium.

Dos. in adultis ʒ iij. ad ℥ ß.

146. *Electuarium ad Memoriæ Imbecillitatem Foresti.*

♃ Rad. acori veri vel rad. galang. min. condit. Conserv. Fl. beton. Conserv. Fl. rorismarin. ana ℥ j. Conserv. Fl. paralys. ℥ ß. pulv. cubebar. pulv. nuc. moschat. pulv. cinnamom. ana ʒ j. Cum syr. de stæchad. q. s.

F. Electuarium.

De quo singulis diebus mane sum. magnitudo Castaneæ.

147. *Electuarium ad Memoriam debilem Mesuæ.*

♃ Mel. anacardin. Thuris, Rad. cyperi, rad. acori ana ℥ j. piper. macropiper. ana ℥ ß. myrobalan. ched. Indor. ana ℥ j. Mel. q. s.

M. F. Electuarium.

Dos. ʒ j. ad ʒ ij.

148. *Electuarium Nepbriticum Zapatæ.*

♃ Sem. hyperici mense Septembri vel Octobri collect. & primum in umbra, postea ad solem vel focum ex-

exſiccat. & pulver. ℥ iij. Sacc. ſoſat. rec. ℔ j. Julap. roſ. q. s.
M. F. Electuarium.
Doſ. ℥ tribus horis ante cibum.

149. *Electuarium Orvietanum Hieron. Ferrantis.*

℞ Rad. Angelicæ, rad. Ariſtol. long. rad. Anthoræ, rad. biſtortæ, rad. card. benedic. rad. gentianæ, rad. tormentillæ, dictam. cretici, ſgm. citri, ſem. acetoſæ, ſem. echii ana p. æqual. Rad. ſcorzon. ad Pondus omnium.
Pulveriſentur ſubtiliſſime, quibus adde mellis depurati triplum, vini malvatic. q. s. Theriac. Andr. decimam partem.
M. F. Electuarium.

150. *Electuarium ad Peſtem Cratonis.*

℞ Fol. ſcord. Rad. tormentillæ, rad. dictam. albi, rad. Zedoar. rad. gentian. rad. angelic. caryophyll. an. ʒ j. croci, camphoræ an. ℈ ij. F. Pulvis.
Qui aſpergatur aqua Card. bened. in qua diſſolutæ ſint Ther. ʒ ij. cum ſyr. de ſucco ſcord. & card. ben. q. s.
F. Electuarium juſtæ conſiſtentiæ.
Doſis ʒ j. ae ʒ j. ß.

151. *Electuarium Pulmoniacum D. Croci.*

℞ Carnis perdic. bene aſſæ, non ſalit. ner aromatiſat. ʒ ij. Cochlear. mund. & coct. in Aq. endiviæ ſcabioſæ, beton. ana ℥ iij. Cancror. in ſero lact. coct. ℥ iij. ß. Vulpeculæ coctæ & in fine aſſæ abſque ulla pinguedine & brodio ℔ j. amygdal. dulc. excort. ℥ ß, pinear. piſtac. tribul. aqnat. in aq. roſar. ablut. & præp. an. ʒ vj. Sem. 4. frigidor. major. axcoct. ana ʒ iij. Cort. citr. condit. ℥ ß. Rad. ſymphit. maj. exſiccat. ʒ v. rad. cichorii, rad. enul. campan. exſiccat. aaa ʒ iij. gum. arabic. tragac. ana ʒ j. ß, amyl. ℈ iv. pulv. liquirit. præp. ʒ iij. Spec. elect. repar. ʒ ij. ß. ſpec. ircos, ſpec. diatragac. frig. tdiapenid. ana ℥ iij. Flor. ſulphuris, cum ad. humect. præp. ℥ ji. ß. ʒ ij. Fel. Auri finiſs. N. xxx. cum melle deſpumat. & ſacch. alb. ana ℔ ij. ß.
F. s. a. Electuarium.

152. *Electuarium Regium confortans D. Joh. Theod. Schenkii.*

℞ Saccolat. regiæ Norimberg. ℥ iij. Carn. citr. condit.

dit. ℥ j. ß. Flor. citr. condit. ʒ ß. confect. alkerm. ℥ ij. elæosacch. citri elæosacch. cinnamom. ana ʒ ß. c. syrup. flor. tunicæ.

F. l. a. Electuarium. Dosis ʒ ij. in jusculo restaurativo, vino malvatico, cydonior. &c.

153. *Electuarium Roborans in Podagra præstantissimum D. Sydenham.*

℞ Rad. angelic. rad. calam. rad. imperator. rad. ænulæ camp. Fol. absynth. vulg. fol centaur. min. fol. marrub. albi, fol. chamædr. fol. chamæpyteos, fol. scord. fol. calaminth. fol. paethen. fol. saxifragiæ, fol. hypericonis, fol. virgæ aureæ, fol. serpilli, fol. menthæ, fol. salviæ, fol. rutæ, fol. card. bened. fol. pulegii, fol. abrotani, Flor. chamæmil. flor. tanaceti, flor. lil. convall. flor. croci, Sem. thlaspi, sem. cochlear. sem. carui, baccar. Junip.

Singulorum quantitatem sufficientem, legantur singulæ herbæ, flores, & radices, quo tempore viribus pollent siccentur, ac in papyraceis sacculis asserventur; tum in pulverem tenuissimum redigantur: singulorum ʒ vj. simul probe mista excipiantur s. q. mellis optimi despumati & vini Canarini.

F. Electuarium debitæ consistentiæ.

154. *Elixir Absinthiacum compositum D. And. Cnœffelli.*

℞ Extract. absinth. liquid. ℥ iij. spiritus tartari sassafras. ℥ j. ʒ j. vitrioli martis ℥ ß. ʒ ij. vitriol. vulgar. ʒ iij. Tincturæ santal. c. spis. vin. stomach. extract. ℥ vj. Mixta stent per diem, & noctem in digestione, postea filtrentur, & usui serventur.

Dosis gutt. x. ad xv. & xx. in vino, seu alio ß. liquore appropriato.

155. *Elixir Antiloimicum D. Joh. Schenkii.*

℞ Elixir antipestilent. Croll, ʒ ij. Tinct bezoard. ℈ iv. Essent. lumbr. terrest. ℈ ij. M. in Vitro.

Dosis gutt. xxv. ad xxx.

156. *Elixir Antiscorbuticum D. Michaelis.*

℞ Rad. filicis, rad. polypod. rad. angelic. ana ʒ rad. rhabarb. elect. ʒ ß. rad. ari. ℈ j. herb. Ceterach. herb. cochlear. herb. scolopendr. herb. scord. herb. agerat.

herb.

herb. nastrurt. ana m. ß. Cort. rad. cappar. Cort. tamarisc. Cort. fraxin. ʒ ß. cort. citr. ʒ. j. Fl. genist. flor. spic. ana p.ij.flor.violar.flor.bugloss. flor. tunicæ, ana p.iij.Sem.anis. sem. coriandr. sem. dauci retic. ana ℈ j. spiritus vitrioli ʒ j.

Concisa, & contusa l. a. infunde in spir. vin. ℔ j. per octi duum, postea filtretur, in fine adde

Spir. nasturt. spir. fragor. spir. cynosbat. spir. petroselin. ana ℥ ß. Servetur usui.

157. *Elixir Arthriticum D. Michaelis.*

♃ Herb. chamædr. herb. Camæpyth. ana m. ij. Sum. cent. min. Flor. hyperic. ana m. j. ß. flor. salviæ. flor. betonicæ flor. prim. veris, flor. lavendul. flor. stœchad. arab. flor. anagall. ana p. iij. Rad. filicis, rad. rhapont. rad. vincetox. rad. caryophyllor. rad. bardanæ, rad. aristol. rot. rad. gentian. ena ℥ j. rad. scorophular. ℥ ij. ß. Sem. hyper. ʒ j. sem. petroselin. Macedon. ʒ iij. F. l. a. Species, quæ extrahantur. Spiritus nasturtii.

168. *Elixir Cachecticum D. Bernh. Herlini.*

♃ Aloes rosat. myrrh. optim. gumm. Ammoniaci, ana ℥ ß. croc. opt. ʒ j. saljs tartari ʒ j. ß. Hisce contusis affunde Sir. vin. rect. ℥ iv. spir. cochlear. ℥ ß.

Stent per dies 8. postea filtretur, & servetur ad usum.

159. *Elixir Cephalicum D. Michaelis.*

♃ Herb. beton. herb. rorismar. herb. majoran. herb. salviæ, herb. origin. herb. ivæ arthetic. herb. verben. ana m. j. Flor. beton. flor. primul. veris, flor. stœchad. Arab. flor. thiliæ, flor. lil. convall. flor. melissæ, flor. lavend. flor. anthos, ana p. ij. Rad. aristol. rot. rad. pœon. rad. irid. florent. rad. angelic. rad. caryophyllat. rad. dictamn. rad. acori, rad. pyreth. ana ℥ j. rad cyper. rad. cost. ana ℥ ß. Fruct. anacard. ʒ vj. Nuc. moscal. caryophyll. cubeb. carpobalsam. cardamom. ana ℥ ß.

F. l. a. Speeie, quæ extrahantnr.

Spiritus til. convall.

160. *Elixir Epilepticum D. Tim. a Guldenklee.*

♃ Rad. pœon. sole in Ariete existente, & Luna in Sagittario collect. ℥ j. rad. doronic. ɹad. dictamn. rad.

den-

dentar. ana ℥ ß. Flor. pœon. ʒ vj. Flor. lil. convall. flor. lavend. flor. stœchad. Arabic. flor. primul. veris, flor. cheiri, flor. tunicæ, flor. anthos. flor. thiliæ an. ℥ ß. Sem. pœoniæ, Visc. querc. an. ʒ v. Nuc. moschat. ℥ iij.

Incis. & conquassat. affunde spir. ceras. nigror. ad eminent. 4. digitor. stent in digestione M. B. per triduum, postea exprim. fortissime, & colentur. Spiritus abstrahatur ad dimid. resid. infund.

Ther. Andromach. ℥ j. ß. Mithridat. ʒ ß. castor. conquassat. ʒ iij. Salis. succin. volat. ℈ iv.

Digerantur denuo per triduum, postea filtrentur per chartam emporeticam. Add. Tincturæ Lunæ ℥ ß. m.

161. *Elixir Febrile D. Andr. Cnœffelii.*

℞ Elixir. propriet. Spiritus terr. sigillat. an. ℥ ij. mixt. simplic. Etract. absinth. liquid. an. ℥ iv. centaur. solid. angelic. solid. an. ʒ iij ℈ j. gr. iv. m. & stent in vitreo bene clauso per 24. hor. in digestione, postea filtrentur.

Vires. Omnis generis febres curat, maxime intermittentes, tormina ventris, atque uteri sedat, insuper stomachicum, spleneticum, & hepaticum est singulare. Tempore pestis est præservativum, & curativum presentaneum, ab authore sæpe probatum, alias ingrati saporis, & odoris.

Dosis a ʒ j. ad ℥ ij. vel iij.

In convenienti vehiculo, bis, vel ter in die repetendum.

162. *Elixir Hypocondriacum D. Tim. a Guldelklee.*

℞ Limatur. chalyb. subtiliss. ℔ ß. irroretur spiritu Vitrioli ex marte q. s. affund. Vin. Rhenan. opt. ℔ iv.

Digerantur lento M. B. calore per dies vii. agitentur quotidie bis, vel ter. Colatur. add.

Spec. trochisc. de cappar. ʒ vj. spech. troch. de rosis. spec. troch. de rhabarb. spec. troch. de cupator. ana ℥ ß. spec. diarrhod. Abbat. spec. diatrion. santal. ana ℥ iij. Myrrh. elect. ℥ ß. croc. orient. ʒ ij. salis absinth. salis fraxini, sal. tamarisci, sal. veronicæ, sal. care. ben. ana ℈ j.

Digerantur in M. B. per dies v. postea filtrentur, mentruoque ad medietatem abstracto, residuum servetur pro usu.

163. *Elixir Nephrilicum D. Joh. Schenkii.*

℞ Spiritus sambuci spir. junip. e baccis an. q. s. his infun-

ſunde Nucleor. perſic. aucl, ceraſor. nucl. meſpilor. oſſi. cular. cynosbat. ſem. milii Salis, ſem. paliuri, ſem. cu. curb. bacc. alkekeng. bacc. fragor. bucc. myrtill. an. p. æq.
Stent aliquandiu in digeſtione, poſtea quod tinctum eſt, decantetur: novus iterum liquor affundatur, donec omnis vis fuerit extracta. Spiritus decantati, & virtute lithontriqtica imprægnati deſtill. t. a. Spiritus prolectus edulcoretur ad modum Aq. vitæ. Transcoletur per manicam. F. Elixir.

164. *Elixir Pneumoniacum D. Heint. Meibomii.*

♃ Gum. ammoniac. Aloes hepatic. Mirrh. rub. elect. ℥ j. croc. opt. ʒ ij. Flor. Sulphuris ℥ iv.
Extrahatur c. ſdis. vin. rectificat. q. s. ſervetur ad uſum.

165. *Elixir Purgans D. Bern. Herlini.*

♃ Gumm. gutt. ſcammon. elect. colocynt. an. ʒ ij. aloes ſuccotrin. ʒ ß. Salis Tartari ʒ j. ß. ſpir. vin. optim. rectificat. ℥ iv.
M. ſtent per dies 8. poſtea coletur, & ſervetur pro uſu.

166. *Elixir Salis ejuſdem.*

♃ Cryſtall. Tartari ℥ maſtiches, myrrh. opt. an. ʒ iij.
M. Subtiliſſime pulveriſat. affund. Spir. Salis ℥ j. ſpir. junip. ℥ ß.
Digere in vaſe bene clauſo, & ſerva pro uſu.

167. *Elixir Venereum D. Tim. a Guldenkee.*

♃ Confect. pacificæ Kyns. ℥ ij. Confect. magnanimitat. Confect. ſatyrii, Confect. alkerm. ana ℥ j. Succolac. Ind. ℥ ij.
Affund. ſpi.. vin. malvat. ad eminent. 4. digitorum.
Digerantur in M. B. per dies 7. poſtea filtrentur per chart. emporeticam, adde Eſſent. ſatyrion. ℥ iij. amb. gr. xiij. moſch. gr. ix.
M. & ſerva pro uſu.
Dos. ʒ ij. mane, & ſero,

168. *Emplaſtrum Anodynum D. Barbette.*

♃ Farinæ fabar. micæ panis, ſiligin. ana ʒ iij. cuq. ex lacte vaccino, adde ol. roſac. ol. violac. ana ℥ j. vitell. ovor. N. ij. pulv. roſar. rub. pulv. ſcord. an. ℥ j. ß. ceræ q. s.
M. F. Emplaſtrum.

169. *Emplaſtrum Antepilepticum D. Joh. Michaelis.*

♃ Succin. alb. thuris, maſtich. an. v. j. ß. galban. apo-

apoponac. an. ℈ j. viſc. querc. ʒ ii. ambr. grys. gr. vj. moſc. gr. iij. ſem. pœon. mat. ʒ ß. ladan ʒ j. ß. Olei nuc. moſch. parum.

Asperge pulvere cubebarum, & extendantur in aluta latitud. 8. digitor. & longitud. 15. circiter.

170. *Emplaſtrum Antipodagricum D. And. Cnœffelii.*

♃ Olei ſperm. ranar. olei lumbr. olei anodyn. Mytul. an. ℔ j. adipis anſerin. medell. crut. vitul. an. ℔ ß. lithargyr. ℔ j. ß. ceruſs. Venet. ℔ ij.

Coquantur ad debitam Emplaſtri conſiſtentiam. Adde ſequentia in alio vaſe prius liquefacta, & colata, ut pot. the. M. Pil. de tribus, maſtich. thur. an. ℥ j. pulr. ſperniol. ℥ iij. camphor. in Oleo ovor. ſolut. ℥ j. ſacch. Saturni ʒ vj.

Fiat omnibus exacte inter ſe mixtis Emplaſtrum nigrum anodynum, & nubile, in doloribus arthriticis magnum ſolatium.

171. *Emplaſtrum ad Apoſthema aperiendum D. Morelli.*

♃ Pulv. cantharid. ʒ j. ferment. acerr. ʒ ß. mocilag. ſem. pſyll. cum aq. roſar. extract. q. s. M. F. Emplaſtrum.

Cujus particula imponatur tumori aperiendo.

172. *Emplaſtrum ad Apoſthemata peſtilentialia rumpenda Hartmanni.*

♃ Magnetis ℥ ß. terebinth. ol. ſcorpion. an. ℥ j. maſtich. ſuccin, myrrhæ rub. ſarcocolle, gum. ammoniac. cantharid. præp. an. ʒ ij. reſinæ ℥ iv. ceræ ℔ j.

M. F. Emplaſtrum.

Quod ſuper alutam extenſum, & buboci applicatum, primo emollit, tandem rumpit illum.

173. *Emplaſtſum Arthriticum D. Coſtet.*

♃ Ceræ alb. ol. roſar. an. ℥ iij. aq. roſar. aceti vini an. ℥ j. ß. lap. calamin. maſtich. an. ℥ ß. alb. ovor. N. vj. camphoræ ʒ vj. F. l. a. Emplaſtrum.

174. *Emplaſtrum Attractivum ad Bubones Peſtilentiales Fabritii.*

♃ Ferment. acerrim. ʒ ii.. orvietan. ʒ ij. pulv. bufon. exſiccat. ℈ j. Pulv. fol. rutæ ℈ ij. mellis q. s.

M. F. Emplaſtrum.

175. *Emplaſtrum ad Cancrum exulceratum Plateri.*

♃ Gallar. cort. granat. an. ℥ j. gryſi uſti ℥ ij. boli ar-

armen. ℥ j. lithargyr. cadm. fossil. an. ʒ ß. ariostol. rot. ʒ iij. plumbi usti ʒ ij. cineris testarum Cancror. ʒ j.
F. Pulvis subtilissimus, & ex eo com melle, & Terebinth. massa Emplastri.

176. *Emplastrum in Cancro palliativum anodynum D. Fr. Deckeri.*

♃ Empl. diapalm. Empl. diampholyg. an. ℥ ß. opii spir. vin. solut. ʒ j. fuligin. spiendent. ℈ iv. Salis volat. ammom. ℈ ij. Malax. Oleo solan. express. q. s. M. F. Emplastrum.

177. *Emplastrum Carminativum Sylvii.*

♃ Gum. galban. gum. bdellii, gum. ammoniac. an. ℥ ß. Thuris masculi, myrrhæ rub. an. ʒ ij. epii Thebaic. ʒ j. dissolve in aceto squillitico, iterumque inspissatis, adde Ceræ citrin. colophon. an. ʒ iij. balsam. Peruvian. Ol. philosoph. an. ʒ j. Ol. ceræ ʒ ß. ol. carvi destill. ℈ ß. Terebinth. Ven. q. s. M. F. emplastrum.

178. *Emplastrum Cicatricem inducens D. Barbetta.*

♃ Plumbi, ℥ ij. liquefacto, adde argenti vivi ℥ ij. Affunde super chartam, Pulverisatum emplastro deplumbo, aut diapompholigos misceri potest.

179. *Emplastrum contra clavos D. Strobelbergeri.*

♃ Gumm. ammoniaci, gum. galbaui, Viridis æris, ana ʒ ij. Olei cheirin. ʒ ij. ceræ virid. ℥ ß.
Gummata in acet. dest. squillitic. dissolv. F. Emplastrum.

180. *Emplastrum ad dolorem dentium Civerii.*

♃ Nuc. cupress. rosar. rub. sem. nasturtii torrefact. mastich. terræ sigill. ana ʒ j ß.
Macerentur in aceto rosat. per horas 4. postea siccentur, & adde
Opii in aq. vitæ dissol. ʒ iii. picis naval. colophon iæ an. ʒ j. ceræ flavæ in oleis expr. sem. hyoscyam. & papav. alb. liquat. q. s. F. Emplastrum.
Loco dolenti applicandum.

181. *Emplastrum domesticum ad Vulnera Hartmanni.*

♃ Colophon. ceræ, an. ℥ iv. terebinth. lariceæ ℥ j. Eliquatis super igne lento, adde.
Ung. popul. ℥ ii.
Diligenter misce. His omnibus adde

Pulv.

Pulv. succini, thuris, mastich. myrrhæ, aloes, ana unc. j. Rad. dictam. Rad. gentian. Rad. aristol. rot. ana ʒ ij. alum. usti, salis, an. ʒ vj. camphor. dr. j. M. s. a. & efforma in magdaleones; est Emplastrum nulli secundum.

182. *Emplastrum Febrifugum D. Cnœffelii.*

♃ Terebinth. cypr. unc. j. ß. storac. liquid. unc. ß. Quibus in patella cuprea liquefactis, admiscebis.

Aranear. major. vivar. & in locis mundis capt. N. xx. Contundatur, & misceantur in tigillo vitreato terreo, seu in dicta patella cuprea, pistilloque ligneo; tamdiu, donec araneæ non amplius conspiciantur, & mixtura quasi cinerei coloris appareat. Mixturæ parum calefactæ adde

Pulv. bufon. pulv. pyrii, pul. ex capit. serpent. parat. an. ℥ j. Sal. Ammon. ʒ vj. sal. communis sal. cent. min. ana ℥ ß. camphor. ʒ ij. fulgin. ex camino q. s. pro tingendo, & cum Olei febrifug. nostr. q. s.

F. Massa ad consistentiam Emplastri nigerrimi.

Ex hac massa formentur duo Emplastra rotunda, magnitudinis dimidii Imperialis, quæ Auro, seu Argentifoliis obducta, pulsibus manuum utriusque carpi imponantur, hora una; vel altera, ante accessum paroxysmi, ubi ita relinquantur per novem dies, tunc eadem hora iterum removeantur, & in flumina proliciantur. Certum est, quod hoc Emplastrum omnes febres intermittentes, præsertim autem tertianam notham, & spurian, sæpius sine adhibitione alicujus medicamenti cohibere solet, etiam ipsas febres pestilentiales.

183. *Emplastrnm pro Fonticulis Andr. Stegmanni.*

♃ Olei veter. ℔ ij. lithar. aur. ceruss. an. ℔ ß. colophon. resinæ, pic. naval. ana ℥ ij. ceræ albæ, olibani, myrrh. an. ℥ iv. mumiæ, vitrioli alb. corall. rubs. lap. magnet. præp. an. ℥ ij. mastich. ℥ j. lintei detriti ℔ ß.

M. F. Emplastrum, quod continuum fluxum excitat, & mundificat.

184. *Emplastrum ad Herniam D. Barbette.*

♃ Rad. consolie. maj. rad. bistort. an. ʒ j. ß. rad. aristol. rot. ʒ ii. gallar. nuc. cupress. cort. granat. an. ʒ j. ß. Flor. balaust. ros. rub. Fl. quercus ana ʒ ß. aloes,

sang. dracon. acaciæ, lumbric. terrestr. siccor. thuris, mastyches, myrrhæ, sarcocollæ, mumiæ, ana ℥ j. picis naval. colophiæ, gypsi usti, an. ℥ ij. litharg. boli armen. lap. hæmatitis chalyb. præp. an. ℈ j. terebinth. Ven. q. s.

M. F. Emplastrum.

185. *Emplastrum Hystericum D. Sydenham.*

℞ Galban. in Tinct. Castor. solut. & colac. ℥ iij Tacamach. ℥ ij.

F. emplastrum pro Umbilico.

186. *Emplastrum pro Matrice D. Theod. de Mayern.*

℞ Galban. puriss. ℥ ij. gum. tacamach. gum. carann. depurat. an. ℥ iij. pulv. comin. pulv. nepetæ, an. ℥ j. pulv. caryoph. pulv. nuc. moschat. an. ℥ ß. bals. peruv. petum.

F. Emplastrum.

187. *Emplastrum Ophtalmicum D. Fr. Hoffmann.*

℞ Rad. consolid. major. & minor. an. ℔ ß. Flor. chamæmel. Flor. melilot. lut. Flor. an. ℥ ij. farin. fabar. ℥ ij. fœn. Græc. ℥ j. ß. butyr. rec. ℥ vj.

Coq. s. a. tandem terantur. F. Emplastrum.

188. *Emplastrum Purgans admirabile D. Andr. Cnœffelli.*

℞ Sem. cataput. colocynth. an. ℥ ij. Rad. & fol. helleb. nig. rav. & fol. esul. succ. tithymal. succ. cucumer. asinin. suc. cucum. agrest. Rad. samb. rec. rad. ebulan. ℥ vj. aloes hepatic. scammon. an. ℥ j. ß. terebinth. ℥ iij. mell. despumat. q. s.

M. F. l. a. Emplastrum, seu Cataplasma.

Emplastrum hoc miræ virtutis [quoniam Sacr. Reg. Majestati Uladislao IV. a Palatino Pomerelliæ Illust. Dn. de Dœhnhof. est communicatum, cujus descriptionem annis superioribus a Dn. Jo. Heckero, Pharmacopœo Regio, tanquam aliquid singulare, & ego accepi.

Primo, solvit potenter alvum umbilico impositum, enecat vermes, eosque simul cum excrementis expellit: regioni snperiori stomachi applicatum vomitum ciet; renibus, & lumbis, urinam promovet; mammis mulierum, menstrua sollicitat; & abdomini, partum facilitat; expellit, & ipsum fœtum mortuum, si diutius geratur.

189. *Em-*

189. *Emplast;um ad Res alienas e vulnere eximendas Avicennæ.*

℞ Fermenti, mellis, vel propoleos, ana ℔ ß. visci querc: ℥ iij. ammoniac. ℥ ij. ol. antiqaiss. ℥ iij. F. l. a. Emplastrum.

190. *Emplastrum Roborans ad Membru Luxata D. Barbette.*

℞ Thuris, mastich. boli Armen. sang. dracon. an. ℥ ℔. farinæ molendin. volat. ℥ j. rad. consolid. maj. ʒ ij. sevi arietin. ℥ iij. ceræ alb. q. s. M. F. Emplnstrum.

191. *Emplastrum ad Scirrhosos tumores D. Maur. Hoffmanni.*

℞ Gummi. galban. Gumm. opopanac. an ʒ j.

Terantur subtilissime, & infund. per 24. horas in Aceto vin. opt. postea coque lento igne carbonum, ut gummata liquescant, liquefacte cal. per saccul. trajiciantur, & exprimantur. Colatura iterum bulliat in olla ad aceti consumptioneffi, agiterurque, ne comburantur, & servetur cooperta. Deinde

℞ Olei olivar. ℔ ij. cer. nov. ℔ ß.

Ponantur in olla vitreata ampla, super ignem carben. seorsim liquefiant. Post iniicitur Litharg. subtiliss. pulverisat. ℔ ß. & semper agitatur, donec probe maxta sint, & fiat quasi Rastanien. braun. Huic adde Gum. prius contus. & intermisce, diligentissime cavendo, ne nimis effervescat; tandem adjicitur

Pulv. rad. aristol. rot. ver. lap. calaminar. myrrh. thur. an. ℥ j. & ultimo additur terebinth. pur. ℥ iv.

M. diligentur agita. F. l. a. Emplastrum: servetur usui.

192. *Emplastrum Stomachale Cratonis.*

℞ Ladani ℥ iij. ceræ ℥ iv. ol. nuc. moschat. ʒ iij. masiches, tacamach. an. ʒ j.

F. Massa Emplastri ad Usum.

193. *Emplastrum ad Strumas, seu Scrophulas D. Barbette.*

℞ Gum. galban. gum. ammoniac. gum bdellii, an. ℥ ß. baccar. lauri, staphydis agr. pyrethr. cumini an. ʒ v. stercur. columbin. ʒ j. stercor. caprin. ʒ iij. axung. porci ℥ j. ß. cl. chamom. ℥ i. ceræ, & picis q. s.

M. F. Emplastrum.

194. *Emplastrum ad Venena extrahenda Blasii.*

℞ Ther. ac. ℥ ß. Pulv. rad. angel. ʒ iij. cepar. coct. ℥ j. ß. sterc. caprin. ʒ j. ol. scorp. ℥ j. ß. mellis, & ceræ q. s. M. F. Emplastrum.

195. *Emplastrum contra Vermes D. Nævii.*

℞ Pulv. lumbric. pulv. colocynth. pulv. gentianæ, pulv. lupin. an. ʒ iv. ß. pulv. myrrh. ʒ j. pulv. aloes epat. ℥ j. olei absint. coct. ol. petrol. an. ℥ iij. fell. taur. ℥ ij. cer. citrin. ℥ xij. F. l. a. Emplastrum.

196. *Emplastrum contra Verrucas.*

℞ Vitrioli Goslariens. ʒ ß. Viridis æris, Aluminis, Salis Nitri an. ℈ j. ceræ virid. q. s. M. F. Emplastrum.

197. *Emplastrum ad Ulcera Gallica Hartmanni.*

℞ Litargyr. ℥ ij. ol. olivar. ol. lini ana ℥ iij. coq. aliquandiu cum ceræ liquefact. ℥ ij. Tandem admisce, pulv. myrrhæ, rub. ℥ j. pulv. lap. calamin. pulv. tutiæ non præp an. ℥ ij. Sed misce extra ignem.

198. *Emplastrum ad Urinæ incontinentiam Riverii.*

℞ Ladani, mastich. an. ʒ ij. ligni aloes, styrac. calamit. cinamom. terebinth. an. ʒ j. myrtillor. succi menthæ, succ. equiset. cum vino rubro extract. q. s.
M. F. Emplastrum.

199. *Emplastrum Vulnerarium D. Barbette.*

℞ Gum. galb. ʒ x. gum. ammoniac. ℥ iij. ß. gum. opponac. ℥ j. gum. bdelli ℥ j. ceræ citrin. unc. xx. oliban. ℥ iij. lithargyr. auri ℔ j. myrrhæ ʒ x. virid. æris, mastich. Rad. Aristol. long. an. ℥ j. lap. magnet. ℥ ii. Tutiæ præp. lap. calamin. an. gr. ij. ol. comm. antiq. ℔ j. ß.

Gummata in aceto dissolvantur, reliqua pulverisentur, misceantur, & s. a. coquantur, ut
F. Emplastrum.

200. *Emulsio Antiepileptica D. Andr. Cnœffelii.*

℞ Granor. pœon. excort. ℥ ß. gr. thiliæ, nucl. cerasor. nigr. excort. an. ʒ ij. sem. papav. alb. & nigr. ana ʒ j. ß. liquor. thiliæ vernali tempore collect. ℥ iv. Aq. fl. tit. aq. pœon. ana ℥ ij.
F. Emulsio, adde
Gelatinæ CC. gelat. cran. human. an. ℥ ß. man. christ.

per-

perlat. ℥ j. sedativi citrat. gr. j. sedat. epilept. comp. q. Spir. ceras. nigr. ʒ ij.

Omnia optime mixta dividantur in duas partes æquales. Una pars exhibeatur sub noctem, vel in ipso paroxyrmo, & paulo post, recollectis sensibus; alteram partem post mediam noctem, vel circa diluculum; post exhibitum medicamentum, per 3. horas nihil amplius adhibendum est.

201. *Emulsio Antiphthisica D. Audr. Cnœffelii.*

♃ Sem. melon. sem. cucumer. an. ʒ ij. sem. papav. alb. ℥ ß. nucl. persic. excortic. N. vj. Aq. veronic. aqu. fragor. an. nuc. iij. F. Emulsio adde

Sacch. cant. alb. ʒ vj. magist. perlar. ℈ ij. spiritus frag. ℈ j.

M. & nota, hanc Emulsionem frigide exhibendam esse, & quidem pro tribus, vel quatuor dosibus.

202. *Emulsio ad Ardorem Urinæ Riverii.*

♃ Sem. 4. frig. maj. Sem. papav. alb. ana dr. ij. amygd. dul. excort. & in aq. frig. infus. unc. ß.

Contundantur in mortario marmoreo, sensim affundendo Decoct. ex hord. mund. ex liquirit. ex portulac. & summit. malvæ parat. ℔ j. ß.

F. Emulsio pro tribus dosibus, addendo cuilibet dosi syr. violar. unc. j. sal. prunellæ ʒ j. gum. Arab. dr. ß. M.

23. *Emulsio Corallata D. Andr. Cnœffelii.*

♃ Cecoct. hord. Aquæ spermat. ranar. destill. sem. melon. sem. cucumer. an. ʒ ij. amygdal. dulc. extort. N. viij.

F. l. a. Emulsio simplex adde

Man. christ. corallal. ℥ ß. corall. rub. c. sperniol. iusuc. cat. ℈ ij. ocul. cancr. præp. ℈ j.

M. F. Emulsio corallata.

Maxime utilis est in fluxu immodico hæmorrhoidum, contra quem Sacr. Reg. Majest. Polon. per 10. dies usurpavit, & ex solo usu hujus medicamenti convaluit.

204. *Emulsio Cordialis in Peste D. Tudecii.*

♃. Sem. napi, sem. citri, sem. card. bened. sem. angelic. an. ʒ ij. aq. scorzon. ℔ j.

F. s. a. Emulsio.

Cui adde

Bezoar. Or. ℈ j. man. Christi perlat. ʒ ij. CC. præp. ʒ j.
M. pro tribus dosibus.

205. *Emulsio ad Gonorrhœam benignam D. Ettmulleri.*

℞ Sem. agni cast. ℥ ß. sem. cannab. ʒ ij. cum q. s. aq. nymphœa. F. Emulsio, cui adde
oss. sæpiæ præpar. succini alb. præp. an. ʒ ß. ad ℈ ij.
Edulcoretur pauco saccharo.

206. *Emulsio ad Variolas expellendas mihi usitata.*

℞. Sem. melon. sem. napi, sem. aquileg. an. ʒ j. aq. flor. sambuci, aq. fl. thiliæ an. ℥ j. ß. F. l. a. Emulsio.
Cui adde CC. usti præp. ʒ ß. ad ℈ ij. sacc. perlat. q. s.
M. pro una dosi.

207. *Essentia Anodyna D. G. VV. VVdelii.*

℞ Opii pulverisat. q. v. v. g. ℥ ij. vel iij. affundantur aquæ simpl. vel destill. aquos. ror. majal. phlegmat. Aceti destill. insipid. destill. insipid. q. s.

In vitreo locata ponatur in destillatam, vel etiam in ollula ad ignem, donec coctione, vel sufficienti calore penitus sit dissolutum sulphur. Hinc filtretur calidus liquor tinctus, & separatus a partibus grossioribus terreis, & evaporptur ad tertiam, vel quartam circiter partem, quo facto, affusus spir. vin. in momento essentiam cum tinctura in se recipit, quæ sic habetur elegantissima intra unam, alteramque horam.

208. *Essentia Antipodagrica D. F. Hoffmanni.*

℞ Anagallid. purp. ℥ ij. Rad. acor. aquat. rad. caryophyllatæ, rad. calam. arom. rad. rhapontic. ana ℥ ß.

M. & affunde Vin. opt. q. s. ut aliquantulum supernatet, additis aliquot guttulis spiritus vitrioli. F. l. a. extractio, postea abstrahe dimidam partem, & adde spiritus vitrioli ℥ ß. spirit. salis ℥ ij. circula aliquandiu, & reserva ad usum. Dosibus gutt. v. vi. ad x.

Cum jusculo.

209. *Essentia Aperitiva D. Michaelis.*

℞ Herb. agrimom. herb. scolopendr. herb. cuscut. herb. meliss. herb. ceterach. herb. fumar. herb. cichorii, herb. tarax. herb. marrub. herb. capill. veneris, herb. adianth.

an.

an. M. ij. Flor. hyper. M. j. Rad. rhabarb. monach. rad. filic. rad. taraxac. rad. chichor. rad. fragor. rad. gramin. ana ℥ ii. rad. curcum. ℥ j. Flor. cichor. Fl. bellid. min. Flor. hepat. nobil. Flor. geniſt. an. p. iij. Cort. cappar. cort. tamariſc. cort. fraxin. an. ℥ ij. Sem. aſparag. ſem. fraxin. ana ℥ ß. ſem. aniſi, ſem. fœnicul. ana ʒ ij. Gumm. laccæ, ʒ j. c. s. q. liquoris appropriati.
F. l. a. Eſſentia. Doſis gutt. xxx. ad xl.

210. *Eſſentia Cephalica compoſita D. Andr. Cnœffelli.*
♃ Rad. pœon. certo tempore collect. ℥ ij. Summ. betonicæ, ſummit. meliſs. ſummit. lavendul. ſumm. baſilicon. ſummit. rutæ, ſummit. origan. an. M. j. confect. anacard. Theriac. Androm. ana ℥ j. viſc. quercin. ligni aloes ana ℥ ß.
Pulveriſata & gr. m. inciſa cum reliquis optime mixta infundantur cum
Spir. vin. juniper. ℔ ij. ß. ſpir. vin. ſambucin. ℔ ß. Et in vitro bene clauſo ſtent per octiduum in digeſtione, colaturæ per chartam emporeticam inſtitutæ, adde.
Spiritus vitrioli roridi com. ℔ ß. raſur. cran. human. magiſt. corn. alcis præp. an. ℥ j. eſſent. nuc. moſch. ʒ j. ß. eſſent. coriands. ℈ ij. eſſent. citri ʒ ij.
Mixta digerantur denuo in vitro circulatorio, hermetice clauſo, per duos vel tres menſes; circulatione peracta, illud quod ſubtile eſt a craſſo ſedimento per inclinationem ſeparetur, & Eſſentia Cephalica ita ſimpliciter & abſque deſtillatione parata adſervetur ad uſum neceſſarium.
Cephalicum, Epilepticum, & Apoplecticum medicamentum eſt inſigne.
211. *Eſſentia Hypochondriaca D. Tim. a Guldenklee.*
♃ Limat. Martis ſubtiliſs. ℥ ij. irroretur ſpiritu vitrioli q. s.
Mixta ſtent in vaſe vitreo per triduum, poſtea affunde vin. alb. generoſo. ℔ j. ſtent in digeſtione per 7. dies; agitentur quotidie aliquoties. Colatur adde trochiſc. de cappar. ʒ vj. trochiſc. de rharbarb. ℥ ß. ſpes. diarrhod. Abbat. ℥ ij. ſpec. diatrion. ſantal. ʒ j. ſpec. aromat. roſat. ℥ j. ß. cremor. tartari ʒ ij. fœcul. bryon. fœcul. aromiſat. ℈ j. croci orient. ʒ j.

Mixta digerantur in M. B. per triduum, postea colentur, Colatura ad medietatem abstrahatur per destillat. & residuum servetur in vitro. Dosis a ℈ ß. ad. ℈ j. ß. ex jusculo carnium, aut alio liquore convenienti.

212. *Essentia Lithontriptica D. Andr. Cnkffelii.*

℞. Spir. juniper. spir. hedr. terrestr. an. ℔ ß. extr. rad. saxifrag. extr. baccar. junip. an. ʒ ij. extr. folior. hedr. terrest. extr. alkenkeng. an. ʒ j. Salis tartari ℈ iv. olei juniper. ʒ j. ol. carvi, ol. anis. ana ℈ j. Commixta digerantur in vitreo optime clauso tam diu, donec perfecte uniantur, postea filtretur per chartam emporeticam Essentia, usuique servetur. In omni calculorum genere prodest. Dosis cochlear. semis ad j. & ij.

214. *Essentia Regia composita.*

℞. Confect. alkerm. ℥ ß. ambr. præp. ʒ ij. essent. perlat. essent. trium piper. per elixir Matthiol. fact. an. ℈ iv. zibeth. non sophisticat. ℈ j. mosch. ℈ ß Olei cinnamom. gutt. viij. ol. caryoph. gutt. iv. ol. macis ℈ j. Spiritus formicar. comp. elixie Matthiol. ana ʒ iv. Misceantur probe, & in vitro angusti orifieii, quod pptime claudatur, stent per octiduum in digestione, in loco tamen non nimis calido, postea filtrentur, & ad usum in vitro bene munito serventur.

Cordiale; Cephalicum, & Venereum est insigne.

Dosis gutt. viij. ad xv. & ultra in vino generoso Hispanico seu Moscatellino, vel aqua cinnamomi.

214. *Essentia Sanguinis humani D. Mart. Ruland.*

℞ Spir. vin. s. q. Huic instilletur sanguis ex vena secta sani hominis extractum, eamque mixturam in phiala serva & digere per integrum mensem, ut leni hoc calore putrescat. Tunc destilla spiritum vini, & prodibit oleum cum ipso spir vin. serva separatim; posthæc ex cranio extrahe Salem, conjunge id cum spiritu & oleo, & circula in phiala per aliqnod temporis spatium: & habebis præstantissimam Essentiam sanguinis humani, quæ prodest, in Epilepsia, Paralysi &c.

215. *Essentia contra Vermes D. Michaelis*

℞ Fol. persicor. M. iij. fol. hyperic. M. ij. fol. tormentill. M. j. Rad. silic. ℥ iv. Rad. gramin. ℥ ij. Sem.

por-

portulac. ℥ ß. sem. hyper. ʒ iij. sem. santon. ʒ v. semin. nasturt. ʒ iij.

F. l. a. species, quæ extrahantur Spiritu absinth. & tanacet.

*216. Essentia Viperarum.*

♃ Viperar. s. serpent. ad albedin. calcinat. part. ß. Spiritus Salis part. j. Aquæ pluvial. destill. q. s.

Sæpius solve, filtra, & evapora, donec nullæ amplius fœces remaneant, & Sal album appareat. Hujus Salis ♃ ℥ j. affunde spir. vin. ℥ iij. digerendo 8. dies & noctes, extrahe Essentiam, & manebit liquor quidam oleosus. Tum

♃ Gelatin. viperar. ʒ iij. liquor. oleos ʒ j.

Solve ambo in spir. vin. conjunge, & per 2. dies circula, & menstruum separa, relinquitur liquor rubens pellucidus. Est optimum contra omnia venena, præsertim vero contra pestem medicamentum.

Dos. 2. 3. 4. gutt. in aqua appropriata.

*217. Essentiæ Vitæ D. Herlini.*

♃ Aquæ ex cord. cerv. ℥ ij ß. Spiritus rosar. spir. lil. convall. spir. rub. idæi an. ʒ j. sacch. ℥ ß. olei cinnamom. ol. caryoph. an. gutt. ij. meliss. ol. cort. citr. ol. aurant. an. gutt. iv. Misceatur in vitreo, & servetur pro usu.

*218. Experimentum in Febribus malignis.*
*D. Jac. VVepfferi.*

♃ CC. sin. Igne præp. ℥ ß Os de cord. cerv. ʒ ß. Terræ sigillat. Siles. bol. Armen. ana ʒ j. Rad. zedoar. rad. angelic. ana ʒ ij. rad. tormentill. rad. pentaphyll. ana ʒ j. Fol. acetosæ, fol. scord. fol. card. ben. ana ʒ j. ß. Sem. citr. excort. sem. aquileg. sem. acetos. ana ʒ j. ocul. cancr. præp. succin. præp corall. rubr. præpar. margar. præp. croci ana ʒ ß. santal. citr. smaragd. præp. hyacinth. præp. ana ℈ j. fol. Auri N. 5.

In aceto scordii macerentur omnia 24. horas. & exsiccentur.

F. Pulvis subtiliss.

Dosis ʒ ß. ℈ ij. ad ʒ j.

*219. Experimentum ad Menses movendos*
*D. Sorbait*

♃ Pomum aurant. excavatum, imple croco, & char-

chartæ madidæ involutum coque sub cineribus, coctum impone tribus sextariis vini albi, & de hoc dentur sæpius 4. cochlearia.

220. *Experimentum ad Panaritium D. Sorbait.*

℞ Ovum recenter exclusum & adhuc calidum, eique degitus imponatur, quo facto patiens illico a doloribus liberabitur.

221. *Experimentum ad præservandum Epilepsim puerorum Hartmanni.*

℞ Stercus de Vacca nigra adhuc calidum, indatur ollæ novæ, & calcinetur, de quo exhibeatur ℈ j. ad. ʒ ß. modo nato infanti: tandem evomet copiam impuritatum in utero materno collectarum, quæ impuritates sunt causæ multorum malorum in pueris, & præsertim Epilepsiæ. Quod si non evomat, per alvum saltem purgabitur.

222. *Extractum Aperitivum D. Rothii.*

℞ Summit. absinth. vulg. M. iv. absinth. Pontic. cort. sambuc. interior. ana M. ij.

Incid. & contund. gran. Infund. in Vin. Rhenan. ad eminent. 4. digitor. per duos dies, & noctes, postea expressum per M. B. evapora, & fiat Extractio.

223. *Extractum contra Calculum D. Spatrii, Pharm. Francof.*

℞ Rad. ononid. ℥ j. rad. petroselin. rad. alth. rad. asparag. ana ʒ iij. rad. cucum. asin. rec. rad. calam. aromat. rad. aristol. rotund. rad. squill. præp. an. ʒ ij. Herb. herniar. herb. fragar. herb. saxifrag. herb. nasturt. ana ʒ iij. harb. equiset. ℥ ij. Flor. sambuc. ʒ ij. ß. bacc. alkekeng. bacc. juniper. bacc. cynosbat ana ʒ iij. Heder. arbor. ʒ ij. sem. sinap. ʒ iij. flor. genist. flor. violar. ana ʒ j. ß. M. & cum spir. vin. fiat l. a. Extractum.

224: *Extractum Chalybeatum D. Schvvalenbergeti.*

℞ Limat. chalybis præpar. ℥ iij. rad. ireos ʒ j. rad. zingiberis rad. bugloss. sylvest. rad. ciclaminis rad. eryngii, sad. bryon. ana ʒ ß. fol. ceterach. fol. ling. cerv. fol. beton. fol. rut. fol. chamædr. fol. chamæpyth. fol. agrimoniæ fol. calaminth. an. gr. xv. Spic. Indic. croc. ana gr. v. cort. frax. Rad. cappar. rad. fagi, rad. salicis, rad. costis dulc. ana ℈ j. Ling. visc. querc. ʒ j. cinnamom. ʒ j. ß. Sem. amios sem. cardamom. sem.

ci-

simin. acet. macer. sem. coriandr. præp. sem. agni casti sti sem. melanth. sem. petroselin. sem. portulac. an. ʒ ß. siler. montan. ʒ j. gran. xv. galang. caryph. macis, lign. aloes zedoariæ doronic. gentian. ana gr. xv. Incid. & contund. gr. m. infund. c. s. q. spir. vin. F. l. a. Extractum.

225. *Extractum Nobile Herbipolensium*.

℞ Spec. diamosch. dulc. spec. diaxyloaloes ana ʒ. ij. spec. pleres. Archont. spec. liberant. spec. aromat. rosat. spec. lætificant. Rhas. spec. dianthos ana ʒ j. Fl. salviæ, Fl. chamom. Rom: Fl. lil. convall. Fl. paralys. Fl. lavendul. Fl. stœchad. Arab. ana ʒ j. ß. Fl. meliss. Fl. borrag. Fl. bugloss. Fl. spic. celtic. Fl. anthos ana ʒ j. Fl. cheiri, Fl. calendul. ana ʒ ij. Rad. polypod. rad. arist. rotund. rad. pœon. rad. galang. rad. liquirit. an. ʒ j. Visc. querc. Sem. carv. sem. anis. caryoph. cardamom. cubeb. Pulv. majoranæ, pulv. salv. pulv. origan. pulv. hyssop. pulv. marrubii, pulv. cinnamom. ana ʒ j. ß. Omnibus c. spir. vin. extractis l. a. F. Inspissatio.

226. *Extractum Umbilicale purgans D. Doreri*.

℞ Pulv. colocynt. ℥ ij. zeduar. galang. irid. an. ℥ j agaric. ℥ ij. salis gemm. ʒ ij. ℈ ij. Macerentur per horas xij. in Vin. absinth. ℔ ij. Expresso adde
Galban. in acet. scillit. solut. ʒ ji. ℈ ij. croc. ℈ iv. Inspissa lento igne ad crassitiem Linimenti.

227. *Fumus Hispanicus*.

℞ Granor. styrac. ℥ j. gumm. benzoin. ℥ iv. mosch. opt. spiritu rosar. sol. gutt. xvi. ambr. zibeth. ana ℈ j. Olei stillat. citrin. gutt. viij. ol. cinnam. gutt. x. ol. caryoph. gutt. vi. ol. stillat. majoran. ℈ ß. ol. N. M. express. ℈ j. balsam. Peruvian. ʒ j. F. l. a. Pastill.

228. *Fumus Pestilentialis D. de Sorbait*.

℞ Lign. juniper. bacc. ejusd. rasur. corn. capr. ana ℥ j. sulphur. viv. thur. succini, myrrh. rad. angelic. fof. rut. sacchar. alb. ana ℥ ß. Camphor. ʒ j.
Misc. F. Pulvis grossus carbonibus injiciendus.

229. *Gargarismus ad Anginam*.

℞ Cancr. fluviatil. viv. ℔ ß. semperviv. rec. herb. uvular. herb. prunell. an. M. ij. Cynosbat. sicc. exac. ℥ j. aq. fontan. cal. ℔ iv.

Con-

Contund. in Mortar. lap. & Expreſs. forti add. Mell. roſ. ſyr. violar. p. an. ℥ j. ß. ſyr. diamor. ℥ j. Spir. Nitri ʒ,

M. F. Gargariſmum, quo os ſæpius calide colluatur.

230. *Gelatina Ribium purgans D. Arviſæi.*

♃ Turpeth. alb. gummos fol. ſenn. Alexandr. rad. enul. cum aceto deſtillato præp. ana ℥ j. agaric. albiſs. ſem. cartham. exc. epithym. cret. myrobalan. citrin. myrob. indor. ana ℥ ß. cinnam. acerrim. cardamom. galang. zedoar. ſummit. ſchœnant. an. ʒ ij. Flor. borrag. flor. bugloſs. flor. violar. ana p. ij. ſem. anis. ʒ iij. ſpirit. vin. rectif. q. ſ.

F. l. a. Extractum pultis inſtar liquidioris. ♃ Hujus Extracti, rob. ribium ana ℔ j. M. Et infundantur in ſcatulis ligneis.

231. *Globuli ad Fonticulos.*

♃ Turpeth. hermodact. alb. agaric. alb. herb. ivæ arthritic. ana ʒ vj.

F. Pulvis ſubtiliſſimus, adde ceræ citrin. nov. ℥ iv. Cera ſolvatur in patella in aqua calida, poſtea addantur pulveres & F. Maſſa, & ex Maſſa Globuli.

232. *Alii Belgis uſitati.*

♃ Scammon. pulv. ℈ ℔ turpeth. ʒ j. ß. agaric. ℈ iv. irid. Florent. ʒ ß. pulp. colocynth. ʒ j. ceræ ℥ ij.

F. l. a. Globuli debitæ magnitudinis.

233. *Gluten Juniperinum D. Andr. Cnœffelii.*

Hoc Gluten (teſte experientia ruſticorum in Styria) nunquam toto anno magis reperitur, quam menſe Majo, imprimis horam unam, aut duas poſt imbres nimboſque, ubi circa nodos, ſeu juncturas ſtolonum annuorum juniperi inſtar candidæ, interdum flaveſcentis gelatinæ ex internodiis exſudat, quemadmodum ſinovia ex articulis hominis, ibique concreta adhæreſcit, non tamen ita firmiter, quin vento vehementiore concuſſa decidat, aut a ſolis radiis liquata defluat, quod ipſemet hiſce vidi oculis. Quod ſi contingat, ut Gelatinam hanc nec venti, nec imbres, nec ſolis radii lædant, in fungos concreſcit, qui vitro incluſi, ſolique expoſiti, in limpiidum liquorem reſolvuntur.

Liquor iſte virtute ea præditus eſt, ut membris paralyticis applicatus (juncturis quotidie bis inunctis) om-

omne mcontracturam perfecte sanet, quod certe summum arcanum est, ipsa etiam signatura præbente argumentum. Quare etiam ab arthritide confectos articulos eumdem liquorem restaurare, & corrobare necesse est.

234. *Grana Angelica D. Theod. de Mayerne,*

♃ Fol. beton. fol. chamæpyth. ana M. j. fol. salv. fol. major. ana M. ß. fol. menth. fol. meliss. ana p. ij. Fl. Keyri, Fl. pœon. Fl. sambuc. ana p. iij. Summit. absinth. utriusque ana p. j. Sem. anis. sem. fœniculi ana ʒ ij. bacc. junip. ʒ iij. F. Decoct. & colatura clarificanda, in qua dissolve aloes rosat. ℥ ij. coagula.

♃ Fol. senn. ℥ j: ß rhabarb. agaric. ℥ ß.
Extrahatur Tinctura cum aqua beton. Expressio addatur extracto prædicto, coagula, adde
Mastich. ʒ iij. macis ʒ j. E. Massa Pilularum.

135. *Haustus ex Millepedibus contra spasmum T. VVillis.*

♃ Milleped. N. 12. contusis cum vino albo effuso exprimatur succus. F. Haustus, qui detur bis in die.

236. *Hippocras Stomachicum.*

♃ Cinnamom. cut. ℥ ß. zingiber. calam. aromat. caryophyll. ana ʒ ij. sacchar. alb. ℔ ß. vin. Rhenan. ℔ ij. Stent in infus. per atiquot hor. loc. cal. postea trajiciatur Vinum per colator. servetur pro usu.
Dos. ℥ iij. ℥ iv.

237. *Infusum Corticis Peruviani D. Thom. Sydenham.*

♃ Cort. Peruvian. pulv. ℥ ij. Vin. Rhenan. ℔ ij.
Stent simul in infusione frigida, & coletur per manicam Hippocrat. Usus tempore cap. ℥ iij. tertia, vel quarta quaque hora.

238. *Infusio Ligni nephritici D. And. Cnœffelii.*

♃ Lign. nephrit. ver. & in particulas parv. prius concis. ℥ iv. vin. rhenan. ℥ xxxij.
Macerentur simul, & tam diu, donec liquor infusus colorem cœruleum dilutionem contraxerit: adde
Sacchar. citras. ad placitnm.
In difficultate urinæ, & dolore nephritico, mirabi-

les experiuntur effectus ex hac infusione ii, qui assidue ea utuntur.

Dosis ℥ iv. mane tribus horis ante prandium per 14. dies. Sunt qui potum ordinarium, atque vinum, ea diluunt.

Hanc Infusionem (quæ gratissimi est saporis) per aquam fontanam, seu acidulas Egrenses, sibi ipsamet parare solita est Regia Majestas p. m. Uladislai IV.

239. *Julapium Aulicum ad Menses movendos D. Sorbait.*

♃ Succi limon. ℔ j. sacch. alb. q. s.

Coq. ad Julapii consistentiam, addendo sub finem Croci Aust. subtiliss. pul. q. s. ad intensam flavedinem.

Dos. mane, & vesperi jejuno stomacho, Cochl. duo.

240. *Julapium Cardiacum in Febribus ardentibus Riverii.*

♃ Aq. acetosæ, aq. namphæ, aq. rosar. ana ℥ j. ß. syr. de succo limon. syrup. de succ. granat. acid. ana ℥ ß. conf. alkerm. ʒ j. M.

Utatur frequenter ex cochleari.

241. *Julapium Perlatum D. Sydenham.*

♃ Aq. ceras. nigr. aq. lactis alexiter. an. ℥ iij. aq. cinnam. hordeat. ℥ j. margar. præp. ʒ j. ß. sacch. crystallin. q. s. aq. rosar. Damascen. ʒ ß. F. Julapium.

Dos. in languoribus cochlearia 4. vel 5.

242. *Jusculum ad Alvum adstrictam Riverii.*

♃ Fol. betæ, fol. mercurial. an. m. j.

Coq. in Jusculo communi, quod capiat una hora ante prandium.

233. *Jusculum ad Dysuriam Ejusdem.*

♃ Rad. althϾ ℥ ß. fol. malvæ m. j. liquirit. ℥ ß. sem. cydon. ʒ j. bulliant cum jusculo pulli, vel gallinæ. F. Jusculum per plures dies iterandum.

244. *Lac virginis secundum Sennertum.*

♃ Lithargyr. ℥ iv. coq. in aceti opt. ℔ iij. ad tertiæ partis consumptionem, refrigeratum coletur per filtrum, postea.

♃ Sal. gemmæ ʒ iij.

Coq. in aq. clara ad tertiæ partis consumptionem. Tandem.

℞ Aq. hujus partes ij. aceti prioris part. j. M. Prodest inter alia ad lentigines.

245. *Laudanum Hystericum D. Dolæi.*

℞ Extract. opii cum succo cydon. fermentat. ʒ j. extr. zedoar. ʒ ß. extr. verrucar. equin. extr. rad. calam. arom. an. ℈ ß. cinnab. nativi, castor. ana gr. xj. croci gr. xv. lap. Bezoar. or. ℈ ß. ol. succini, ol. rutæ, ana q. s. F. l. a Extractum. Cujus gr. 2. 3. ad 4. in aq. melissæ, aut Calaminth. exhibita, mira præstant.

146. *Laudanum Liquidum D. Sydenham.*

℞ Vino Hispan. ℔ j. opii ℥ ij. croci ℥ j. pulv. cinnamom. pulv. caryophyll. ana ʒ j.

Infundantur simul in B. M. per 2. vel 3. dies, donec liquor debitam consistentiam acquirat, colat. servetur pro usu. Dos. gutt. iij. vij. xij. ad xxv.

247. *Laudanum Opiatum D. Refenbodt.*

℞ Essent. opii prius debito modo purgat. & cum succ. citr. extract. ℥ j. Essent. citr. c. aqua citr. destill. extract. ℥ ß. spec. diambr. spec. cordial. temperat. ana ʒ ij. Terræ sigillat. turcic. ʒ j. ß. os-de cord. cerv. præp. ℈ iv. Magist. succin. alb. rit. præp. & liquid. ℈ ij. olei destill. citr. gr. xv. ol. destill. aurant. gran. vij. ol. destill. anis. ℈ ß. ol N. M. express. ℈ ij. M. fiat Massa.

248. *Laudanum Urinarium secretum.*

℞ Succ. liquiritiæ in aqua alkekeng. solut. ʒ j. ß. camph. ʒ j. extract. croc. ℈ iv. extract. alkekeng. ℥ ß. Gum. tragacanth. gum. mastic. au. ʒ j. ß. Laup. opiat. ʒ ij. F. M. Singulare in urina promovenda, expellendo calculo, ac aperiendis renum obstructionibus.

249. *Lapis medicamentosus correctus D. G. A. Mercklini Patr.*

℞ Aluminis commun. ℥ ij. vitrioli Hungaric. ℥ j. vitr. alb. salis Armoniaci, an. ℥ ß.

Pulverisata, misce in olla nova non vitreata, affunde acetum acesrimum, ut fiat instar pultis, hinc ad ignem lentum liquescant, quibus admisce Ceruss. ℥ j. ß. bol. armen ʒ vj. mastich. elect. thur. an. ʒ ij. camphor. ʒ j.

Subtilissime pulverisentur, & spatulo ligneo inter ebul-

ebulliendum probe agitentur, ne effluant, donec in lapideam consistentiam inspissentur.

250. *Lapis salutis D. Kraffts.*

℞ Vitrioli Hungar. ℔ j. anodyn. mineral. salis armoniaci, an. ℔ ß. tartari, aluminis crud. an. ℥ iv. salis gemmæ ℥ ij. Pulverisentur singula seorsim, ponanturque in olla nova vitreata satis capaci, quibus postea affunde ad supereminentiam spithamæ.

Aceti, flor. sambuc. viridi æris tinct. aquæ sapphir. per urinam pueror. fact. q. s.

Mixta coquantur leniter (spatula lignea frequentius agitando) donec spissescere incipiant. ubi circa finem adhuc adjiciatur.

Sacch. saturni crystallisat. & in pulver. redact. ℥ j. sulphuris vitrioli, ℥ ß.

Misceantur bene, & in lapideam substantiam materia convertatur, quæ ad suos usus reservanda est. Rem si recte institues, lapis hic viridiusculi erit coloris, lapidis turcoidis instar, alias si diutius in igne permanserit, rubei erit coloris.

Valet in omni dolore arthritico, maxime contra chiragram, gonagram, & podagram: dissolvitur in aq. antipodagrica ejusdem Auctoris, seu in aq. sperm. ranar. aq. flor. omnium, vel alia aq. anodyna, filtratus liquor prius calefactus linteis duplicatis adhibetur. Insuper virtutes hujus lapidis sunt, in omni inflammatione, scabie, morphæa, ulceribus putridis, & fœtidis, gingivis exulceratis, cancro, & in aliis adhuc multis infirmitatibus, si in aq. simpl. vel appropriata solutus, debite applicetur.

251. *Linctus Antiiliacus D. Henr. Screta.*

℞ Mannæ calabrin. ol. amygdal. dulc. rec. syr. papav. errat. an. ℥ j. sperm. cet. rec. ℥ ß. diaphoret. Jovialis ʒ j. confect. alkerm. compl. ʒ j. nitri CC. volat. Cinnab. nativ. ana ℥ ß. M.

Sæpius de hoc Linctu cochlear sumatur unum in passione Ilica, clysteribus terebinrhinatis, & fortiter purgantibus, sub inde intercalatis.

252. *Linimentum ad Alopeciam Galeni.*

℞ Fol. arund. græc. ustor. ℥ ß. Erinacei usti ʒ j. muscetr. de ʒ ij. cum aceto trita illine.

253. *Linimentum Alvum adstringens D. Sorbait.*

℞ Ung. Comitissæ ʒ ij. ol. omphacin. ol. myrtin. ol. cydon. ol. mastichin. ana ℥ ß. Mass. empl. contra rupturam ʒ vj.

M. ad ignem, & totum abdomen inungatur.

254. *Linimentum ad Cancrum non exulceratum D. Barbette.*

℞ Succi plantagin. succi intybi, succ. sedi major. succ. solani, aceti rosac. ol. myrtillor. ana ℥ j. terebinth. Venet. ʒ ij.

Agitentur in mortario plumbeo cum pistillo plumbeo, addendo Cort. granat. cort. citri, ana ʒ j. boli armen. plumbi usti, camphoræ, ana ʒ ß.

M. F. Linimentum.

255. *Linimentum ad Cicatrices delendas D. Barbette.*

℞. Borac. Venet. ʒ iij. camphoræ ℈ j. fellis bovis ʒ j. ol. myrrhæ ʒ ij. axung. Capon. ℥ ß.

M. F. Linimentum.

256. *Linimentum Cosmeticum D. Andr. Cnœffelii.*

℞ Aquæ mercurialis part. j. aq. comm. fluviat. non dest. p. vj. mixtur. rub. cosmet. pro lact. virg. q. s. Jam

℞ Pulveris cosmet. inferior. ℥ ß. mixtur. mescurialis lactescentis q. s.

F. Linimentum.

Cum hac mixtura illine faciem, ab omni immunditie prius lotam, & purgatam, albedinem conciliat gratissimam, & amabilem: sed caute adhibendum est, ne oculos & dentes attingat, & raro. Illiniri quoque potest Linimentum hoc lineo panno; decies prius mucagine recenti imprægnato, ex quo deinde chirothecæ, ac larvæ confici possunt, nocturno tempore applicandæ.

257. *Linimentum ad dolorem hæmorrhoidum D. Ettmulleri.*

℞ Mucilag. sem. psyll. mucil. sem. cidon. mucil. sem. lini an. ℥ ß. aq. rosar. ℥ j.

Bulliant lente ad aquæ consumptionem, postea add.

Butyr. rec. ℥ j. vitel. ovor. N. ij. ol. rosar parum.

M. in Mortario plumbeo cum pistillo plumbeo, ad colorem lividum.

258. *Linimentum ad dolorem hæmorrhoidum Phil. Maſiero.*

℞. Milleped. q. s. conquaſſentur, & bulliant cum ol. nucum, colatura applicetur.

259. *Linimentum ad Impetiginem D. Dolæi.*

℞ Succi ſemp. vivi ℥ ij. cretæ pulv. q. s. sal. saturn. ʒ

M. F. Linimentum.

260. *Linimentum ad pilorum a palpebris defluvium D. Sennerti.*

℞ Muſcar. combuſt. ʒ ij. ſtercor. hirund. lap. lazul. ſpicæ Indicæ, an. ʒ j. mell. deſpumat. q. s. M. F. Linimentum.

261. *Linimentum ad Plicam D. Cnæffelii.*

℞ Herb. muſci terreſt. repent. rad. bryon. an. p. æq. adipis erinacei q. s.

Coq. in vaſe vitreo in B. M. per horam, & F. l. a. Unguentum.

262. *Linimentum ad Rachitidem infantum D. Sydenham.*

℞ Ol. lil. alb. ol. tamariſci, an. ℥ ij. ſucci rad. bryon. ſucci rad. apii, an. ℥ j.

Bulliant ad ſuccorum conſumptionem, addendo

Ung. de althœa, butyr. inſulſi an. ℥ j. gum. ammoniac. in aceto ſolut. ℥ ß. ceræ flavæ q. s.

M. F. Unguentum.

Quod Hypocondriis, & ventri per 30. vel 40. dies inungendum.

263. *Linimentum ad Serpiginem D. Grulingii.*

℞ Gum. tragac. in aq. plantag. diſſol. ℥ j. aluminis, mercurii ſublimat. an. ʒ j.

M. F. Linimentum.

264. *Linimentum ad Suffuſionem oculorom Borii.*

℞ Fellis Galli ℥ ß. fung. maris ʒ iij. lact. muliebr. ℥ ß.

M. F. Linimentum.

264. *Linimentum ad Vacillationem Dentium D. Ettmulleri.*

℞ Rad. biſtort. ʒ iij. flor. roſar. rub. ʒ j. ß. flor. balauſt. ʒ j. alumin. uſt. ℈ ij.

M. F. pulvis.

Qui imprægnetur largiter ſp. cochlear. additoque melle roſar. q. s.

F. Linimentum.

266. *Li-*

*266. Linimentum ad Vermes D. Sennerti.*

℞ Succi absinth. succ. fol. persico fellis Tauri, an. ℥ ß. sem. coriandr. aloes, an. ʒ j. cum modico ceræ.
F. Linimentum.

*267. Linimentum ad Verrucas pensiles D. Sennerti.*

℞ Pingued. Ardeæ ʒ v. ol. olivar. ʒ j. ß. aptum ustarum ʒ j. cineris murium ʒ ß. M. F. Linimentum.

*268. Linimentum ad Ulcerum Vermes D. Barbette.*

℞ Aloes, farinæ lupin. an. ʒ ij. myrrhæ, fl. æris. an. ʒ j. fel. Tauri ℥ ß. mell. q. s. M. F. Linimentum.

*269. Linimentum ad Vulnera sclopetorum Paræi.*

℞ Ol. lil. alb. vel violar. ℔ iv.
In iis coquantur catelli duo nuper nati, ad ossium dissolutionem, postea adde Lumbric. terrestr. vino lotor. ℔ j.
Coq. simul, & colentur sine forti expressione, colat. adde Terebinth. Ven. ℥ iij. sp. vini ℥ j, M. F. Linimentum.

*170. Liquor. aperitivus D. Ramlovii.*

℞ Salis fraxini, sal. ononid. sal. juniper. sal. fumariæ, sal. genist. an. ℥ ß. sal. melis ʒ ij. sal. tartari ʒ vj. Vitrioli martis ℥ j. Lap. nephrit. Test. ovor. Lumbr. terrestr. an. ℥ ß. spiritus salis comm. ℥ vj.
Incorpora cum Bolo alba, & forma orbiculos, quos impone retortæ vitreæ, & destilla s. a. spiritum.

*271. Liquor Arthriticus Jo: Petri Lotichii.*

℞ Elixir vitæ Augustan. ℥ j. ß. Aq. vitæ simpl. ℥ ij. ß. aq. salv. aq. rorism. aq. lavendul. an. ℥ j. ol. still. sassafr. ol. still. rorismar. an. ℈ ß. ol. costin. ol. vulpin. an. ʒ j. ß. Croc. oriental. gr. v. Opii thebaic. aq. vit. solut. Camph. elect. an. gr. vj.
M. diligenter ad vitrum.
Corporis evacuatione, ac sudore peractis, articuli deinceps, arthriticis defluxionibus infestati, mane ac vesperi Aqua hac inungi debent.

*272. Liquor Cardiacus excellens Riverii.*

℞ Ambræ gris. ʒ ij. morchi opt. ℈ ij. lign. aloes ʒ j. ß. partis albæ Benzoini puris. ʒ iij.

Contusis, & simul mixtis, affunde sp. vini, ut 4. digitis supernatet, & ad lenissimum cinerum ignem extrahatur Tinctura saturata, fiatque liquoris tincti per chartam emporeticam colatura, & evocetur dimidia pars sp. vini in cineribus lenissimo igne per alembicum, liquor in cucurbita restans servetur in ampulla vitrea forti, optime obturata subere, cerato, & vesica.

Dos. gutt. ij. iij. vel iv. in jusculo, vino, Julepo &c.

273. *Liquor ex Millepedibus contra tussim puerorum convulsivam D. VVilis.*

♃ Milleped. vivorum mund. ℥ ij. pulv. sem. anisi ʒ j. pulv. nuc. mosch. ʒ ß. sacch. alb. ℥ j. simul contusis affunde aq. hyssop. ℥ vj. aq. limac. magistral. ℥ iij.

Parum agitentur cum pistillo, & F. expressio fortis. Dos. cochlearia ij. vel iij. bis in die.

274. *Liquor Nephriticus D. Jo. Mich. Febr.*

♃ Ovor. struthion. ʒ v. Ocul. cancr. ʒ ij. *Lap.* percar. lap. judaic. an. ʒ j. spir. vitrioli, spir. salis, an. ℥ iij.

Stent. per 24. horas in digestione, deinde filtretur & servetur usui. Dosis a gutt. vj. vij. viij. ix.

275. *Liquor Stypticus internus D. Bucretii.*

♃ Terræ sigillat. opt. q. v. superfundatur spiritus vitrioli rectificat. ad digitor. ij. eminentiam, abstrahe spiritum vitrioli in arena, novumque spiritum relictæ in retorta massæ superfunde, eundemque abstrahe, & hoc tertia vice repete, massam relictam duram, in cella, in tabula vitrea solve, solutum filtra, & serva. Deprædicatur tanquam arcanum singulare in febribus malignis, ubi vomitus, & alvi fluxus nimius, item in dysenteria epidemica.

Dosis infantibus ad gutt. v. vj. adultis ad gutt. xx.

276. *Lixivium Diureticum D. Sydenham.*

♃ Cinerum Genistæ ℔ j. vini Rhenan. ℔ iv. Infundantur frigide, addendo Fol. absinth. vulg. P. ij.

Liquor postea filtretur.

Dos. ℥ iv. mane, hora quinta pomeridiana, & sero, iu Hydrope.

177. *Looch ad Linguæ nigredinem in Febribus ardentibus Riverii.*

♃ Succ. lactucæ, succ. sempervivi, succ. limon. an. ℥ j. mu-

℥ j. mucilag. sem. cydon. ſacch. cand. an. ℥ ß. ſacch. alb. q. s. M.

278 *Magiſterium Anodinum D. Mercklini, Fil.*

♃ Medull. unicorn. foſſil. ʒ ij. Oc. cancr. crud. ℈ iv. matr. perlar. CC. phil. præp. an. ʒ j. magiſt. oſſ. ſæpiæ, terræ lemn. ver. an. ℈ ij. cryſtall. mont. præp. bezeoart. Jovialis, regul. antimonii medic. diaphor. laud. opiat. an. ℈ j. fol. auri N. 2. M. F. Pulvis.

279. *Magiſterium Epilepticum D. Maji.*

♃ Magiſt. perlar. magiſt: corallor. magiſt. CC. an. ℈ ß. cran. human. ungul. alcis an. gr. xv. fœcul. pœon. fœcul. bryon. an. ℈ ß. cinnab. antimonii ʒ ß. ſacch. cand. alb. ʒ j. ß. M. F. Magiſterium.

280. *Manna ſoluta, ſeu liquida D. Jac. VVepfferi.*

♃ Cremor. tartari ʒ ij. aquæ fontan. ℔ j.

Coq. ad diſſolutionem cremor. tartari, deinde adde mannæ ℥ ij. ſucc. citr. recent. ʒ j.

Ebull. ſemel, & cum album. ovi clarific. colet. vel filtretur ad ℥ viij. quibus adde Spiritus citri ℈ ij.

Atque hæ ℥ viij. unam doſin conſtituunt, & ad præſcriptum Medici illico parari poſſunt. Poſſunt tamen una vice plures doſes parari, ac ſervari, uſque dum unam, nempe ℥ viij. Medicus præſcribit. Ad aliquot enim dies facile ſervatur.

281. *Mars Potabilis D. Berh. Herlini.*

♃ Limaturas martis ℥ vj. Superfundantur guttatim Spiritus Nitri ℥ ij. & ſpir. vitrioli ℥ j.

Cum ſpatula ferrea ſæpius materiam in fundo agita, ne indureſcat. Poſtea adde

Spiritus vin. opt. ℥ vj.

Stent iterum per dies 3. poſtea filtretur per chartam, ſervetur uſui.

282. *Mithridatium Puerorum D. Mercklini, Fil.*

♃ Mitridat. Damocr. opt. ℥ ij. magiſt. anodyn. Merckl. ʒ j. M.

283. *Mixtura antipleuritica D. Jac. Hadden.*

♃ Succi taraxac. depur. ʒ j. ß. aqu. plantag. aquæ

 card.

card. bened. aq. scabioſæ, syr. papav. errat. an. ℥ j. oc. cancr. præp. ʒ ß.

M.

Sumat æger de hac mixtura singulis semihoris cochleare unum, alterumve.

284. *Mixtura ad Aſthma mihi familiaris.*

℞ Oxymell. squillit. syr. enulæ camp. syr. de erysim. Lob. an. ℥ j. Pulv. gumm. ammoniac. ʒ j. sp. lig. guajac. ʒ j. ß. Eſſent. Croci ʒ iij.

M. pro aliquot vicibus.

275. *Mixtura Aſthmatica VVilh. Reg. Angl*

℞. Aq. carbunculi ℥ ij. Mell. squillit. ℥ j.

M. sumatur cochleatim.

286. *Mixtura detergens ad Ulcera sordida D. Morelli.*

℞ Myrrhæ, aloes, an. ʒ ij. vitriol. alb. ℈ j. spir. vini ℥ j. succi chelidon. ℥ ij.

Applicetur, aut per syringam injiciatur parti ulceratæ.

287. *Mixtura exceelens ad Dolorem Hæmorrhoidum D. Barbette.*

℞ Litharg. aur. ceruſsæ lotæ, plumbi uſti, *an.* ℈ j. aq. plantag. ℥ v.

M.

Qua hæmorrhoides laventur, & lintea madefacta imponatur.

287. *Mixtura ad Gingivarum eroſionem scorbuticam D. Ettmulleri.*

℞ Crem. aqu. calcis vivæ innatantis ʒ iij. gumm. lacc. ʒ ij. vitriol. cypr. gr. vj. aq. rosar. aq. salviæ, ana ℥ j. ß.

Solve calore leni. ut probe impraegnetur a lacca, eaque laventur gingivæ.

289. *Mixtura Hypocondrraco-scorbutica D. Michaelis.*

℞ Herb. cochlear. super recentem herbam cochlear. rectificat. ℥ ix.

Spiritus vitrioli martis rectif. ℥ iij. spir. tartari rectif. ℥ vj.

M. & rectifica per retortam igne aperto.

Uſus eſt insignis in affectu hypochondriaco cum scorbuto conjuncto, & obstructionibus hypocondriorum.

Doſis gutt. xx. ad xxv.

290.

290. *Mixtura Odontalgica*.

℞ Cort. rad. hyoscyam. cort. rad. mandrag. an. ℥ iij. cort. rad. pyreth. ʒ i. ß. cort. alt. ℥ ß. ras. ling. guajac. ras. lign. buxi, an. ʒ vj. caric. pinguium, capit. papav. alb. an. N. iv. mastich. ʒ j. Fl. balaust. flor. rosar. rub. an. P. ij. Fl. melilot. Flor. malv. an. M. ß. Fol. serpill. fol. salv. an. P. iv. CC. raspat. ʒ. vj.

Coq. in s. q. aquæ simpl. Coletur. ℞ ℔ j. adde Mell. anthos. syr. de papav. an. ʒ j. laud. opiat. gr. j. M.

291. *Mixtura ad Vomitum sanguinis D. Sylvii*.

℞ Aq. plantag. ℥ ij. aq. cinnamom. ʒ vj. aceti still. ℥ ß. corall. rub. præp. ℥ ß. sang. dracon. ℈ ß. laud. opiat. gran. ij. syr. myrtin. ℥ j.
M.

Hæc mixtura cochleatim ſæpius assumpta curabit plerasque vasorum ruptiones, & supra multorum exspectationem sanguinis effluxum brevi tollet.

292. *Morsuli ad Phthisin D. Grulingii*.

℞ Pistac. mundat. ℥ j. pinear. præp. amygd. dul. excort. an. ʒ vj. sem. melon. sem. cucurbit. excort. an. ℥ ß. spec. diatrag. frig. ʒ ij. spec. diarrhod. Abbat. spec. diatrion. santal. amyli, an. ℈ iv. sacch. penid. ad P. O. sacch. alb. in aq. borrag. & scabios. solut. q. s. M. F. Confectio in Morsulis.

294. *Morsuli ad Sodam, seu ardorem Ventriculi C. Dolæi*.

℞ Cretæ præp. ℥ j. ocul. cancr. ℥ ß. Abluantur ter, vel quater aqua borraginis, adde boli armen. ℈ ij. ß. corall. rub. præp. ℈ ij. margar. præp. ℈ j. nuc. moschat. ℈ ß. sacch. alb. ℥ ix. cum aq. rosar. F. l. a. Morsuli.

294. *Morsuli ad Urinæ acrimoniam mitigandam D. Langii*.

℞ Pinear. aq. rosar: lotar. ʒ ij. sem. melon. ℈ v. gum. arab. gumm. tragacant. an. ℈ j. gum. cerasor. rad. liquirit. an. ʒ ß. cinnamon. ʒ j. sacch. penid. ℥ j. sacch. alb. in aq. rosar. & malvæ, an. q. s. solut. ℥ iv. ß. F. l. a. Morsuli, pondere ʒ j. ß.

295. *Narcoticum D. Bacheri.*

℞ Vitrioli leni calore ad rubedinem calcinat. q. s. affunde. Spiritus ardent. sacch. saturni, spir. vin. aliquoties super calcem vivam rectif. an.

Digere per mensem, & destilla, sublimabitur sulphur. album, cujus Dosis gr. v.

296. *Nodulus Hystericarum naribus adhibendus D. Sydenham.*

℞ Galban. asæfœt. an. ʒ ij. castor. ʒ j. ß. sal. vol. succin. ʒ ß. M. F. Nodulus.

297. *Nodulus contra Vermes D. Franci.*

℞ Rad. cichor. rad. scorzon. ras. CC. ana ℥ ℈. rad. cav. sem. cin. ana ℥ v. corallin. ʒ iij. rad. dictamn. alb. agar. trochiscat. rhabarb. el. an. ʒ ij. cent. minor. lupul. an. P. ij. absinth. P. j. croc. ℈ j. M.

298. *Odontalgicum Tartari D. Fr. Lobelli.*

℞ Tartari opt. pulverisat. tritic. select. an ℔ iij.

Indantur retortæ vitreæ, apponantur in Capellam cum Recipiente, destilla gradatim ad empyreuma usque, tunc separa oleum a liquore, & rectifica tertia vice tribus vicibus, cum Lateribus pulverisatis, donec clarum, & lucidum appareat.

Remedium hoc dolores dentium a quacumque causa tollit, applicatur bombyce dolenti, aut excavato denti, reiteratur hæc applicatio, usquequo omnis dolor evanescat, & tum os calido vino eluatur.

299. *Oleum Ægirigum D. Henr. Screta.*

Fit ex infusione Ocul. popul. in ol. amygdal. amar. fact. part. æqual.

Usus est anodynus, cum primis in otalgia, præmissis clysmatibus, purgatione & V. S. c. melle rosac. mixtum auribus calide instillatur.

300. *Oleum Anodynum refrigerans D. Cnœffelii.*

℞ Ol. sperm. ranar. ol. lumbric. ol. ex succo cancr. ana ℔ ß. medull. crur. boum ℥ iv. His mixtis immergantur Fol. hyoscyam. fol. solan. fol. semperviv. ana ʒ j. ß. Fl. nymph. Fl. verbasc. Fl. sambuc. Fl. rosar. ana ℥ ij.

Digerantur aliquandiu, postea coquantur leniter, & ad

& ad humiditatis exhalationem, colentur postea exprimantur fortiter. Omnes dolores ealidos mitigat; in febribur ardentibus spina dorsi eo inungenda est.

301. *Oleum contra Calculum Landgr. VVilhelm.*

℞ Olei spic. ol. juniper. ol. petrol. ol. amygd. amar. ol. rosar. ol. chamomil. olei lilior. alb. olei scorpion. ana ʒ j.
M. & inungatur regio pubis,

302. *Oleum Cordiale D. Bierlingii.*

℞ Ocul. cancr. rasur. ebor. corallor. perlar. matr. perlar. ana q. v. Contunde omnia minutim, affunde spiritum salis, & pone in cellam, donec solvatnr, denuo avunde spiritum salis, usque dum lapides solvaotur, postea inde cucurbitæ, pone in arenam, destilla spiritum salis ad siccitatem usque, residuum repone in cellam, sic solvetur, & in oleum mutabitur, quod filtratum est.

303. *Oleum Febrifugum D. Andr. Cnœffelii.*

℞ Ol. hyper. ℥ viij. ol. rut. ol. absinth. ol. lumbr. terrestr. ol. viperar. an. ℥ iv.
Quibus mense Julio ( sole existente in signo leonis, seu virginis ) immergantur.
Bufon. vivent. N. ij. aranear. vivent. maj. N. 100. scorpion. N. 150. therrac. opt. ℥ j.
Mixta insolentur per duos menses in lagena vitrea probe clausa, post oleum colatur, cui ultimo adde Axung. serpent. ℥ ß. olei rutæ, ol. citri, ol. juniper. dest. ana ℈ viij.
Fiatque oleum febrifugum, & alexipharmacum.

304. *Oleum Galbanetum Paracelsi ad Colicam.*

℞ Gum. elemi, gum. hederæ, gum. galban. ol. laurin. ana part. æp.
Destillentur in arena per retortam, servetur seorsim primum aqna, deinde oleum clarum; tertio oleum crassum instar mellis, quo imprimis utendum, ac totus venter illinendus.

305. *Oleum ad Gravitatem auditus D. Nævii.*

℞ Fol. rutæ, fol. serpilli, ana P. iij. fol. origan. Cret. P. ij. fel. apri in vesicula sua exsicc. ℈ j. Euphorb. ʒ ß. helleb. alb. Castor. ana ʒ j. lumbric. terrestr. ʒ ß. apum siccatar. ℈ j. polp. colocynth. ℥ ß. vitriol. præp. ℈ j.

In-

Incisa, & contusa grosso modo, infundantur in ol. amygd. amar. ℥ ij. ß. ol. rutac. ℥ j. aq. vit. ℥ x. laur. ʒ ij. ß. Stent in loco tepido per 2. vel 3. dies, dehinc bulliant ad aq. consumptionem, postea colentur, & colatura servetur. De hoc oleo guttæ iij. circiter auri instillentur.

*306. Oleum ad Guttam rosaceam D. Sennerti.*

♃ Tart. albiss. alumin. nitri an. part. iv. sulph. p. j. Contrita calcinentur, & in cella per deliquium inde oleum fiat.

*307. Oleum Hispanicum ad Vulnera brevi tempore sananda.*

♃ Ol. vetustissimi ℥ iij. terebinth. puræ ℥ ij. tritici integri ℥ j. ß. hypericon. rad. card. bened. rad. valerian. ℥ j. Thuris pulv. ℥ ij.

Rag. & herbæ grosso modo contundantur, & in vino immergantur, ac per triduum macerentur, hinc oleum, & triticum adjiciantur, & coquantur ad vini consumptionem, & colentur, colentur, colat. adde terebinth. & Thus: iterum parum bulliant.

*308. Oleum Hyperici ad Herniam D. Solenandri.*

♃ Ol. opt. ℔ j. ß. & flor. hyperic. ℥ ix. vini malvat. ℥ vij. rad. tormentillæ ʒ iij. myrrhæ gum. elemi, sarcocollæ, thuris, aloes hepat. ana ℥ j. lumbric. vino lotor. ℥ iij.

Concisa, & contusa misceantur, & bulliant ad consumdticnem humidi in vase duplici, deinde exprimatur oleum, cui adde

Croci ℈ iv. lacrym. abjetis, vel terebinth. puræ ℔ ß. flor. matur. hyperic. M. j.

Infunde per dies 8. ad solem, aut in loco calido, deinde expressis, atque abjectis floribus, alii recentes injiciantur, idque quater repetatur.

*309. Oleum Oculorum cancrorum ad Calculum Hartmanni.*

♃ Pulv. ocul. cancr. ℥ v. ol. tartari per deliq. ℥ vj.

Missa digerantur in Balneo, vel fimo equino per xv. dies, postea coagula materiam in phiala in arenam collocata. Tandem pulverisa, pulverem cum spiritu vini extrahe, & in formam olei spississimi (abstrahendo inde spiritum vini) redige.

Dos.

Dos. gutt. iv. ad vj. in aqua convenienti, ſed eodem tempore æger balneo appropriato inſideat.

310. *Oleum Peſtilentiale D. Coci.*

℞ Ol. terebinth. ℔ v. cinnam. opt. ℥ j. croc. integr. ℥ ß. ſuccin. alb. macis, ana ℥ j. ſulphuris viv. ℥ iv. rad. olsnitii ℥ j. nuc. moch. N. vi. zedoar. ℥ j. polypod. ℨ vj. Deſtill. q. s.

311. *Oleum contra Podagram D. Bierlingii.*

℞ Mellis ℔ ij. Vitrioli calcin. ℔ j. ſpir. vin. rectif. ℔ ß. later. ℔. j.

Deſtill' per retortam. Primo egredietur phlegma, deinde, aucto igne, ſpiritus prodibunt, & oleum, membrum affectum inunge hoc oleo.

312. *Oleum ad Strumas D. Croci.*

℞ Olei baccar. laur. ℥ vj. ol. philoſoph. ℥ iii. thur. alb. gum. arab. ana ℥ ij. maſtich. terebinth. ana ℥ iij.

M. ac deſtill. per alembicum vitreis organis.

℞ Primi deſtill. liquor. quantum perfluxerit, adde ciner. quercin. dimid. part. commiſce: indatur alio vitro, atque deſtill. ſecunda vice. Hic liquor deſtillatus ſervetur uſui.

313. *Oleum contra venena Magn. Duc. Hetrur.*

℞ Olei vetuſt. ℔ vj. ol. ſcorp. purgat. per 4. dies cum baſilic. ſicc. ℔ v.

Pone in bocia hermetice clauſa per 30. dies in ſole, tunc bulliant in M. B. per 6. horas, exprime, adde

Rad. biſtort. rad. gentian. rad. tormentill. rad. vincetox. rad. imperat. ana ℥ ij.

Bulliant per 4. horas, exprime, colat. adde Rhab elect. myrrh. aloes, xyloaloes, croc. an. ℥ ß. Iterum per 6. horas bulliant, exprime, cola, adde Theriac. mithridat. ana ℥ ß.

M. Inungitur pulſibus exterius ſingulo triduo ad minimum ſemel. Interno datur cum aceto deſtill. in febrib. malignis ad gutt. iv. cum aqua citr.

314. *Ophthalmicum Venereum D. Bierlingii.*

℞ Veneris flav. aurichalc. bracteat. ana ℥ ij. vin. malvatic. ſeſquilibr.

Pone ad ſolem in vitr. bene clauſo, donec liquor viridis, & transparens inſtar ſmaragdi fiat.

Convenit ia omni ulcere oculorum, & macula delenda.

*315. Opiatum cordiale ejusdem.*

℞ Confect. alkerm. ℥ ß. conserv. rad. bugloss. ℥ j. conserv. flor. rosar. ℥ ß. spec. diamarg. frig. ʒ j. cum syr. de pomis redolent. F. Opiatum.

*316. Orvietanum D. Screta.*

℞ Rad. angel. rad. cardopat. rad. fraxinell. ana ℥ ij. rad. enul. campan. rad. zedoar rad. tormentill. ana ℥ ij. cort. citr. cort. Winteran. ana ℥ j. fol. dictamn. cret. fol. scord. fol. rutæ. flor. rosar. rubr. ana ℥ ß. sem. fœnicul. ℥ ij. gumm. ammoniaci, gumm. galban. myrrh. croc. ana ℥ j. zingib. cinnamom. caryoph. ana ℥ ß. terræ sigillat. Fl. sulphuris, unic. fossil. CC. phil. ana ℥ j. ß. antimonii diaph. ℥ iij. opii correct. caphurn. aoa ʒ ij. nitri CC. volat. sucein. alb. aloes, ana ℥ ß. succ. citr. rec. q. s. ad humectatione ℔ pulverum omnium, mell. juniperi ℔ iv. M. pone ad fermentationem per aliquot menses.

*317. Panacea Antifebrilis D. Craanen.*

℞ Antimonii crud. ℥ v. salis tartari opt. ℥ j. sal. com. ℥ ij. Mixta indantur crubiculo, & ad fluorem redigantur, infiue eo; detineantur per horam unam, aut alteram, Regulo abjecto scoriæ eluantur, siccentur, & in pulverem tenuissimum; si exhibere volueris, conterito, donec scintillæ dispareant, pulvisque referat colorem obscure rubrum. Dosis hujus pulveris bene præparati est ℥ ß. ad gr. xii. & ℈ j.

Nota, hic Pulvis sæpe est vomitivus, qui tamen facile aut detonatione nitri, aut forte fumo sulphuris tolli potest. Pulveri adde chinæchin. ℥ ß. F. Pplvis antifebrilis.

*317. Panaeea D. Muſſatii.*

℞ Exiract. linv. alods ℥ j. laud. opiat. Querc. ☿ j. ß. amor. grys. ℥ ß. salis velat. viper. ℈ i. magist. auri ʒ ij. ol. rosar. ver. ℈ ß. ol. canell. gs. v.

M. F. Panacea desperatis.

*319. Fanis Wartius laxativus D. Sennerti.*

℞ Amygd. dul. excort. ℥ j. ß. sem. melon. excort. ʒ ij. pulv. mechoac. alb. ℥ j. tacch. alb. ℥ ij. CC. præp. mucilag. trag. com aq. rosar. fact. an. ʒ j. cum s. q. aq. rosar. E. l. a. Panis Martius.

Dos.

Dos. pro infant. ʒ iij. ad ℥ ß. pro adultis ʒ vj. vel etiam plus. Commendatur ad Dysenteriam.

320. *Pasta Regalis ad Hecticos restaurandos Riverii.*

℞ Pulpæ Capon, & perdicis elix. ana ℥ iij. amygd. dul. in aq. rosas. macerat. ℥ iv. pinear. ℥ j. ß. sem. papav. alb. ʒ ij. gum. arab. gum. tragac. ana ʒ j. ß. Man. Christi perlat. ℥ ij. cum aq. rosar. F. Pasta Regalis auro obducenda.

321. *Pasta pro placentulis in extincta Virilitate, D. Chœſſelii.*

℞ Amygd. dulc. excort. pinear. mundat. pistac. non rancid. decort. ana ℥ iv. pulp. cap. assati, pulp. perdic. assat. ana ℥ j. ßs dactylor. uvar. damasc. enulcleat. ana ℥ j. cerebell. passerum, in æquinoctio verno captor. & aq. cinnamom. ablutor. N. xxx. renum. cuniculor. N. iv. rad. eryng. condit. rad. satyr. condit. ana ℥ j. cinnam. acut. ℥ ij. cassiæ, caryoph. pulv. viper. ana ʒ vj. carnis stinci marin. ʒ v. ambr. grisy. ʒ ij. mosch. elect. ℈ ij. sacc. albiss. ℔ ij. Omnia optime miscendo, redigantur in massam tenacem, ex qua postea formentur panes dulciarii, qui sensim exsicandi, & auri foliis obducendi sunt.

Dos. a ʒ ij. ad ʒ ij. ß, ante ingressum lecti.

322. *Pastili Apophlehmatizantes D. Morelli.*

℞ Sem. staphysagr. sem. cubeb. ana ℈ ij. rad. pyrethr. ʒ ß. Excipiantur mastiche, & Cera:
F. Pastilli mansiles.

323. *Pessarium ad Fœtum mortuum Riverii.*

℞ Rad. aristol. rot. rad. ireos, rad. helleb. nigr. colocynth, myrrhæ, ana ʒ j. galban. opopanac. an. ʒ ß. Cum felle Bovis. F. Pessarium.

324. *Pessarium in immodicis Uteri hæmorrhagiis D. Albrecht. M. Hildesheim.*

℞ Pulv. rad. bistort. pulv. rad. consolid. major. pulv. rad. tormentill. pulv. gallar. ana ʒ iij. succ. acac. sang. dracon. thur. mastich. ana ʒ ij.

Mixtura excipiantur album ovor. & mucilag. tragacanth. cum aq. fol. quercus facta, fiat Pessarium synd. rubr. obduc. D. cum annexis filis, quod deinde in aq. ferrariorum chalybeat. intingendum, & applicandum est.

325.

325. *Pessus Hystericus, D. VVedelii.*

♃ Sem. nigell. myrrh. ana ʒ ij. fol. salv. ʒ j. castor ℈ j. gall. moschar. ℈ ß. mosch. zibeth. ana gr. ij. ladan. styrac. liquid. ana q. s.

M.F.Pessus, qui syndone alligetur,& alligato filo immittatur.

326. *Pilæ Hystericæ D. Jac. VVepfferii.*

♃ Castor. ʒ ij. assæ fetid. ℈ ij. succin. præp. ʒ j. sem. rut. ʒ ß. sem. nigell. ℈ j. sem. angelic. ℈ ß.

F. Pulvis, M. oxymel. rimpl. ut. fiat Massa, quam synd. rubr. insue, quarum una pond. ʒ ij. fœminis passioni hystericæ obnoxiis collo appendatnr, & mammillarum interstitio serico filo appensa, continuo gestetur.

327. *Pilulæ Anticolicæ D. VVillis.*

♃ Milleped. præp. ʒ ij. flor. sal. armoniac. tartarisat. ʒ j. ol. nuc. moschat. ℈ ß. terebinth. qs s. M. F. Massa.

Quæ efformetur in Pilulas, sumantur iij. vel iv. semel, vel bis in die, superbibendo aq. anticolicæ nostre cochlearia v. vel vj.

328. *Pilulæ Antiphthisicæ D. Screta.*

♃ Diaphoret. Jovialis ʒ j. esren. Fl· hyperic. q. s. Pilulæ ccxxxx. conspergantur pulv. irid. florent.

Dosis N. v. mane vesperi, Usum titulus declarat.

329. *Pilulæ Antipodagricæ.*

♃ Extract. ling. aloes gr. xij. Extr. trochisc. alhand. scammon. præp. aloes succotrin. ana ʒ ß.

M. F· Massa, de qua formentur Pilulæ.

330. *Pilulæ Antiscorbuticæ D. Tymei.*

♃ Mass. pil. Tart. melanag. Querc. ʒ j. extract. fol. sennæ ʒ ß. resinæ jalap. ʒ j. gr. vj. tartar. vitriolat. gr. xii. sal. suc. cin. vol. ℈ j. sem. nasturt. sem. cochlear. sem. sinapi, ana ʒ ß.

M. & cum aq. antiscorb. vel elix. prop. Parac. F. Massa. Dos. ℈ j. ad ʒ ß.

331. *Pilulæ ab Arthritide præservantes D. VVillis.*

♃ Pulv. chamæpityos ʒ vj. ocul. canc.. præp. ʒ ij. terebinth. Ven. q. s.

M. F. Pilulæ exiguæ, sumantnr 3. vel 4. vesperi & mane per 30. vel 40. dies, superbibendo aq. fol. bardan. simplic. bis, vel ter super recentia folia cohobatæ haustum mediocrem.

332. *Pilulæ ad Asthma D. Sennerti.*

℞ Gumm. ammoniac. ʒ j. ℈. croc. ℈ ß. flor. Benzoes gr. v. extract. glycyrrh. q. s. F. Pil. N. xxx. dentur mane 5. 6. 7.

333. *Pilulæ al Calculum Riverii.*

℞ Sal. prunellæ, Cryst. tartar. sal. baccar. hederæ, sal. ſol. nasturt. aquat. ana par. æq. cum Terebinth.

F. Massa. Pilularum. Dos. ʒ j. singulis diebus mane.

334. *Pilulæ Cephalicæ D. Metzegeri, Med. Ratisbon.*

℞ Extract. cochlear. extract. trochisc. alhand. extract. scammon. extract. turpeth. ana ℈ j. extract. helleb. nigr. ℈ j. gr. v. extract. xyloaloes, extract. pœon. ana gr. iv. tartari vitriolat. ℈ ß. Olei nucist. ol. rutæ, ol. salv. ol. anis. ana gutt. iv. cum aquæ epilept. Lang. q. s. formentur ex ℈ j. Pilul. N. xiij. Dosis N. v. vi.

335. *Pilulæ Diæreticæ.*

℞ Xyloaloes, caryoph. macis, nuc. moschat. zedoar. zingiber. spic. Indic. galang. croc. cinnamom. calam. aromat' aran. paradis. cardamom. cubebar. menth. absinth. schœnanth. mysrh. .em. apii. sem. fœnicul. sem. levistic. sem. petrosel.n. sem. nigell. sem. sesel. mastich. elect. ana ʒ ß. rhabarb. ℥ j. ß. aloes opt. ℥ ij.

F. omnium Pulvis subtilissimum, cum syr. de cichor. cum rhabarb. in massam redigatur pro Pilulis. Dosis ʒ j. vel ʒ ij.

336. *Pilulæ Dysentericæ D. Screta.*

℞ Succ. hypocyst. suec. acac. ana ʒ j. extr. tormentill. ℈ ij. Massæ Pil. de cynogloss. ʒ ß. bals. peruvian. ℈ j. mucilag. sang. dracon. cum aq. fol. puerc. extract. q. s.

F. Pilulæ pond. gr. ij. consperg. pulv. tormentil.

Exhibentur N. v. qualibet sexta hora in cochleari syr. martini, vel dialth. Fern. Harum usus rarior est, scil. ubi abstrictio usgentissime indicatur.

337. *Pilulæ ad Herniam D. Barbette.*

℞ Mumiæ ʒ j. galban. aceto solul. ʒ myrrh. limatur. chalyb. stercor. lepor. sic. ana ℈ ℥ pulv. lumbric. terrest. ℈ ij.

F. Pilul. magnit Pisi maj. Dosis mane, & vesperi 5. vel 6.

338. *Pilulæ Hypochondriacæ Plateri.*

♃ Aloes ʒ ij. myrrhæ ʒ ß. epithymi ʒ j. rad. gentian. rad. asari ana ʒ ß. gumm. ammoniac. aceto solut. ʒ j. sem. petroselin. ʒ ß. rhab. el. ʒ ß. spicæ ℈ j. cum succo absinth. F. Massa Pil. de qua æger alternis, vel tertia die sumat ℈ ij. vel etiam plus, si fortius purgare liceat, & libeat.

339. *Pilulæ Histericę D. Fr. Hoffmanni.*

♃ Ferment. nascot. ℥ ß. extract. rad. valerian. ℥ ij. extract. croc. ℥ ß. ol. dest. succin. ʒ ß. pulv. succin. alb. pulv. myrrh. rubr. ana q. s. M. F. Pilulæ instar pisorum.

Dosis a vii. ad ℈ ß. in vehiculo appropriato.

340. *Pilulę Joviales D. Henr. Screta.*

♃ Regul. Martial. Jovialis anglic. ana p. æqual.

Funde simul, ac inde forma globulos pisi magnitudine, qui saccharo, conserv. rosar. ac mucilag. tragacant. in massam redacti, superinducantur occultandi causa, ac si placet, inaurentur.

Deglutiuntur aliquot horum globulorum in Colica; & consimilibus affectibus.

241. *Pilulę de Millepedibus ad Asthma D. VVillis.*

♃ Milleped. præp. ʒ ij. flor. Benzoin. ʒ ß. sal. junip. ℈ ij. extract. helenii, extract. castor. ana ʒ ß. extract. croci ℈ j. Terebinth. Ven. q. s.

F. massa in Pilulas exiguas afformanda.

Dos. 4. vesperi, & mane, exceptis purgandi temporibus.

342. *Pilulæ ex Millepedibus ad Hydropem Pectoris D. VVillis.*

♃ Milleped. præp. ʒ ij. Flor. sulphuris ℈ ji. Flor. Benzoin. ℈ j. pulv. sem. dauci, pulv. sem. bardanæ, ana ʒ ß. Terebinth. Ven. q. s.

F. Massa, formentur pilulæ exiguæ, sumantur N. 4 mane, & vesperi.

343. *Pilulæ ad Obstructiones contumaciores Riverii.*

♃ Aloes opt. succo absinth. diligenter nutrit. ℥ ß. gumm. ammoniac. aceto solut. & traject. ʒ ij. myrrhæ el. in vino calente solut. & traject. ʒ ij. pulv. elect. triansant. pulv. crystall. tartari ana ℈ j. agaric. rec.

tro-

trochiscat. rhab. el. ana ʒ ij. sal. tamarisci, sal. absinth. ana ʒ ß. croci ℈ ß. cum. syr. rosar. solutiv.

F. Massa Pil. De qua capiat ʒ ß. duabus horis ante prandium, bis in septimana.

344. *Pilulæ Papales P. Carthusiani.*

♃ Amomi, anisi, cardamom. macis, nucist. caryoph. croc. cubebar. lign. aloes, turbith elect. myrrh. elect. agaric. elect. ſeñæ oriental. ana ʒ j. myrobalan. omn. rhabarb. aloes succotrin. ana ad pond. omnium cum syr. rosat. solut. F. pilulæ.

Vere, & Autumno prima die 1. secunda 2. tertia 4. quarta 5. quinta 6. assumantur magnitudine ciceris pro purgatione. Sic pro præservatione quarto quovis die una assumatur pro roboratione stomachi, hora ante cœnam, pro cephalalgia hora post cœnam. Præservant ab hydrope, fluxu hepatico, doloribus arthriticis, & catarrhis.

345. *Pilulæ Pestilentiales Alberti Ducis Bavariæ.*

♃ Croc. myrrh. camphor. os. de cord. serv. spodii, ana ʒ j. lign. aloes, ben. alb. ana ℈ j. ß. terræ sigill. ver. ʒ ij. Flor. sulphuris ʒ j. cort. & sem. citr. caryoph. zingib. alb. ana ℈ ij. ambr. ℈ j. fragm. hyacinth. fragm. smaragd. fragm. granat. ana ℈ j. ß agar. elect. rhabarb. opt. ana ʒ ß. aloes ex vesica, ad pond. omnium.

M.F. Pilularum Massa. Dosis ʒ ß paulo ante cibum capienda.

Nota: si loco horum ingredientium crasso tantum modo præparatorum, recipiantur illorum Extracta, remedium evadet multo præstantius, atque utilius.

346. *Pilulæ Pestilentiales Basileensium.*

♃ Aloes, rhabab. ana ʒ ij. agaric. myrrh. an. ʒ j. rad. gentian. rad. zedoar. ana ℈ j. croc. ℈ ß.

Pulverisentur, & cum

Syr. rosar. solut. infus. fol. senn. fiat Massa.

347. *Aliæ Marburgensium.*

♃ Aloes succotrin. gumm. ammoniac. ana ʒ j. myrrh. elect. ʒ ß. salis absinth. ℈ ij.

Ammoniacum solvatur aceto scord. fiatque Massa.

Dos. a ℈ j. ad ℈ j. ß.

348. *Aliæ Tubingensium.*

♃ Myrrh. elect. ʒ ß. rad. angel. succin. albiss. croc. orient.

orient. ana ʒ ß. ß. azarich. troch. rhabarb. ana ʒ j. ß. aloes succotrin. aq. in rosar. decies lot. & exsiccat. ℥ j. ol. dest. angelic. gutt. iv. syr. mastich. q. s. F. Massa.

Dos. N. xii. ad xv.

349. *Pilulæ Polychrestæ D. Phil. Grulingii.*

♃ Pilul. tartar. Querc. ʒ j. ß. extract. panchy. meg. ℈ iv. pil. alophang. ʒ ij. magist. jalap. agaric. an. ʒ ß. tartar. vitriolati ℈ ij. ol. salv. ol. anis. & ol. carv. an. gutt. iv. elix. propriet. gutt. vj.

F. Pilulæ instar pisorum. Dosis a ℈ j. ad ℈ j. ß.

350. *Pilulæ ad Scirrhum Lienis Hartmanni.*

♃ Gum. ammoniac. ℥ ij. dissolve in aceto, & per pannum rarum trajiciantur, adde

Aloes succo rosar. nutrit. ℥ ß. sal. absint. ʒ ij.

Incorporentur omnia, & F. massa conservanda in aluta madefacta oleo anisi. Dos. ℈ ad ʒ j.

351. *Pilulæ Senectutis D. G. A. M.*

♃ Extract. lin. aloes ℈ j. troch. terr. catechu. troch. sublingul. an. ʒ j. bals. apoplect. ambr. grys. ana gr. xv. cum essent. ambr. liquid.

F. Pil. pond. gr. j. obduc. fol. lunæ, & serventur usui.

Hæ Pilulæ, omnium gratissimæ, caput, atque memoriam imprimis senum mirifice confortant, catarrhos etiam feliciter exsiccant, & hinc ortam tussim sedant, in ore nempe detentæ, aut dentibus comminutæ, utpote cujus halitum una egregie commendant.

352. *Pilulæ Singulares D. Opilionis Med. Herbiplo.*

♃ Gummæ ammoniaci in acet. squillit. dissol. & celat. ℥ ß. extract. trochisc. alband. ℥ j. magist. scammon. magi. gum. gutt. magist. jalap. an. ℥ ß. salis gumm. ʒ j. ß. extract. elater. ℥ ß.

M. cum. syr. viol. q. s. F. Massa pilularis.

Dosis ℈ ß. ad gr. xij.

353. *Pilulæ Vergineæ D. Joh. Ortelli.*

♃ Extrac. fl. cen. min. extra. puleg. extra. calend. extrac. sabin. extra. rhab. an. ℈ j. croc. orient. ℈ ß. myr. elect. ℈ j. bor. venet. salis sabin. tartari vitriol. an. ʒ ß. Massæ pil. aloeph. ʒ iij. olei macis gutt. iij. ol. fœnicul. ℈ ß.

F. l. a Pilulæ parvæ.

354. *Pi-*

354. *Pilulę vitę D. Belzeri.*

℞ Aloes ℥ j. myrrh. ℥ ß. mastic. ʒ ij. croc. ʒ j. rhabarb. elect. cubebar. carioph. an. ʒ ß. cum aceto destill. F. Massa.

355. *Pilulæ ad Ulcera renum, & Vesicæ D. Barbette.*

℞ Oss. hum. calcin. ʒ iij. cretæ vulg. gypsi usti, ana ʒ j. trochisch. alkekeng. ʒ iij. terebint. Ven. parum coctæ q. s. M. F Pil. magnit. pisi minoris, & aspergantur. pulv. ilquiritiæ. Harum patiens mane, & vesperi 6. sumat.

356. *Pilulæ Universales, D. Jo. Becheri.*

℞ Extrac. guajac. ʒij. ext. angel. extr. enul. extr. rhab. s. ext. helleb. nig. ext. croc. ext. gran. cherm. succ. expr. & inspis. absinth. succin. inspiss. scord. succ. inspiss. card. ban. succ. inspiss. cochlear. succ. inspiss. fumar. gam. heder. arbor. gam. junip. gum. terebinth. aloes opt. m. myr. elect. flor sulphuris flor. benz. an. ʒ j. elix. propriet. q. s. F. l. a Massa Pilularum.

357. *Pomum Epilepticum D. Cnœffelii.*

℞ Rad. pœon. constellat. gr. visc. querc. justo temp. collect. or. pœon. justo temp. collect. ungul. alcis. ver. cran. human. raspat. corall. rubr. ana ℥ ij. lapid. smaragd. ʒ vj. vitrioli cypr. succin. pulv. ana ℥ j.

Omnia prius separatim pulverisata, commisceantur in mortario terreo vitreato, & cum gum. ceras. nigr. in aqua, seu liquore arbor thiliæ dissoluti q. s. fiat massa tenax, ex qua postea formentur duo Poma, manibus tenenda, ante accessum paroxysmi.

358. *Pomum Laxativum.*

℞ Scammon. aloes, myrrh. an ʒ j. esul. colocynth. belleb. nig. ana ℥ j.

Pulverisentur, & cum sem. coriandr. confice, addendo resinæ q. s. F. Pomum, quod si nasibus objiciatur, venter suaviter laxatur.

359. *Pomum Soporiferum D. Jac. Coci.*

℞ Theriac. opii, rad mandragor. rut. virid. ana ʒ j. sem. papav. alb. sem. hyosciam. alb. an. ʒ ß. aq. rosar. acet. an. q. s. F. Pomum.

360. *Potio alexipharmaca D. Storbait.*

℞ Rad. vinceto. rad levist. rad. angel. ana ʒ iij. fol. scord. fol. galegæ, ana M. i. sem. ejusd. ʒ ij.

Coq. in s. q. aq. ad ℥ j. ß. colat. adde
Elect. diascord. Fracast. ʒ ij. pulv. Pannon. rub. ℈ j. CC. vol. gr. xx. M. pro Dosi.

*361. Potio Antidotalis.*

♃ CC. rasi ʒ iij. CC. præp. ʒ ij. aqua fontan. ℔ ij. ß. Coq. ad tertias, adde
Rad. scorz. ℥ ß. sem. & cort.citr. an. ʒ j. ß.santal. citr. ℈. j.
Affunde Aquæ scord. ℥ v.
Ebulliant semel, atque iterum; tandem adde
Succ. limon. ℥ ß. syr. limon. ℥ j. ß. M. F. Potio.

*364. Potio Emetica D. Sydenham.*

♃ Aq. card. bened. ℥ ij. infus. croc. metall. ℥ j. syr. caryophyll. ℥ ß. M. F. Vomitorium.

*363. Potio ad Febrem Tertianam Ejusdem.*

♃ Serpentar. virgin. subtiliss. pulv. ℈ j. vini alb. ℥ iij. M. sumat duabus horis ante paroxysmum, & stragulis bene copertus sudet per tres, vel quatuor boras, idem faciendo per duas alias vices paroxysmo ingruente.

*364. Potio Laxativa, ad instar aquæ limpida, Zapatæ.*

♃ Scammon. el. subtiss. trit. ℥ j. spir. vini opt. ℔ ß. Ea phialæ indita, per 12. horas bene obturata, seponantur, tunc phialam concutiendo spir. vini est conturbandus, ut scammonium eo melius resolvatur; & iterum limpidus, si denuo factus sit liquor, rite obstipata phiala est servandus.

Deinceps alia ad magnum sit phiala parva, cui immittatur sacch. comminuti ʒ j. & ac fontis tantum, ut ea vix emineat, ad resolutionem sacchari. Id vero exhibiturus solutivum.

♃ Aq saccharat. ℥ j. vel. ℥ ij.
Cui adde liquoris solutivi ʒ ij. plus, minus, secundum virium patientis gradum, & ita propinetur.

Aq. saccarata, si justam sacchari quantitatem contineat, spiritus vini scammonium continens juste coloratus, limpidusque permanebit, sin minus, illico conturbabitur, & albido colore ingratus visui, & nauseabundus stomacho existet.

*365. Potio ex Millepedibus ad Astma Riverii.*

♃ Mil-

℞ Milleped. vivar. N. xii.

Panno linteo involutæ, in vino albo macerentur. Hinc facta expreſſio, potui detur, quæ brevi saburratos pulmones deplet.

*360. Potio ex Millepedibus ad Calculum Ejusdem.*

℞ Pulv. millep. ʒ j. ad ℈ iv. aq. vitæ ℥ ß. Juris cicor. rub. ℥ ix. Capiat 5. horis ante prandium.

*367. Potio ex Millepedibus ad Icterum D. VVillis.*

℞ Milleped. rec. vivar. N. 50. ad 100. croci ℈ ß. nuc. moschat. ℈ j. Simul contusis affunde

Aq. chel. ℥ iv. aq. lumb. ℥ ij. F. expres. front. & exhibeatur. Ad hunc modum sumatur primo semel in die, deinde bis per septimam.

*368. Potio ex Millepedibus ad Tympanitidem D. VVillis.*

℞ Millep. vivat. mund. ℥ iij. Nuc. mosch. incis. N. i. Simul contusis, affunde Aq. diuret. noſtræ ℔ j.

F. Expreſſio fortis. Dos. ℥ iij. ad ℥ iv. bis in die.

*369. Potio ad partum difficilem Riverii.*

℞ Dictam. Cretic. ariſt. utriusque, troch. de myrrha, an ℈ ß. croci cinnamon. an. gr. xii. conf. alkerm. ʒ ß. aq. cinnam. aq. namphæ, aq artemisiæ, an ℥ j. ß.

M. F. Potio.

*370. Potio Sudorifera ad Hydropem Mart. Rulandi.*

℞ Gran. junip. contus. M. iij. vini alb. q. s.

Decoquantur ad medias, & exhibeantur ℥ vj. singulis diebus mane, & corpus optime tegatur.

*371. Potio ad Tussim Litichii.*

℞ Oxymell. squillit. ℥ ß. ol. amigd. dul. rec. expr. syr. violar. ana ʒ vj. aq. anisi, aq. veronicæ, aq. hyssopi ana ℥ j. ß. spec. diaireos simpl. ʒ ß. ol. anisi dest. ℈ ß. sacc. Card. ʒ iij. M. diligenter ad vitrum.

*372. Potio Vulneraria Sylvatici.*

℞ Liquirit ras. ℥ j. caryoph. comar. rub. gallar. com. consolid. maj. & min. comar. fragar. comar. piloſel. comar. verben. comar. pulmonar. comar. tirmentil. comar. millef. an. M. j. comar. rub. tinct. M. ij. vin. alb. aq. fab. ana ℔ xv.

Bulliant omnia ad medietatem, consumptum coletur,

adde mellis opt. ℥ vj. bulliant iterum continue despumando, & cum albumine ovi clarificentur.

373. *Potio Vulneraria secretiſſima D. a WVerthern.*

℞ Herb. apii. M. iii. herb. pyrol. M. ix. herb. veron. M. iij. alb. græc. ℔ ß.

Inde cucurbitæ, & ter cum cerevisia veteri, nondum tamen acida, destilla. Carevisia destillata semper reaſſundatur materiæ novæ, & reservetur tandem usui.

Dosis cochlear. j. mane, vesperi, & noctu. Mira præstat in omnibus vulneribus.

374. *Potus Guajaci destillatus Andernaci.*

℞ Lign. guajac. ℔ ij. sarsæparill. incis. ℥ iij. polypod. quern. ℔ ß. epithym. cretens. ℥ ij. scolopend. ver. ℥ ij. aquæ fluviat. ℔ viij.

Macerentur per horas 24. super cineres calid. in vini Neccarici ℔ ij. aq. fum. aq. cich. aq. chammom. ana ℥ j.

Postea adde

Cons. ros. con. borrag. cons. buglos. cons. belleni, theria. Alex. ana ℥ iij. uvar. passul. enucl. ℔ j. ß. glycyrrh. incis. ℥ iij. Destillentur per M. B.

Dantur ℥ iv. cum aquæ cinnamom. ℥ ß. sacch. opt. ℥ ij. M.

375. *Pulvis ad Achores Cekki.*

℞ Lithargyr. ℔ j. aceti acris q. s.

Coque in Vase orichalcino horis duabus.

Colaturam infunde in Cucurbitam vitream capacem, aſfunde paulatim ol. tartari per deliq. q. v.

Pulvis, qui præcipitatur, achoribus inspergatur.

376. *Pulvis Alexipharmacus Carol. Duc. Mantuæ.*

℞ Magist. perlar. magist. corall. ana ʒ ij. CC. phil. præp. ℥ ß. rad. contraverv. ʒ v. sem. card. bened. oss. de cord. cerv. ana ʒ j. lap. bezoar. ʒ ß. rasur. corn. Rhinoceront. ℈ ij. fol. auri ℈ ß. M. F. Pulvis.

377. *Pulvis Alexipharmacus ad Morsum canis rabidi D. Jul. Palmerii.*

℞ Fol. rutæ, fol. verbenæ, fol. salviæ minor. fol. plantag. fol. polypodii, fol. absinth. vulg. vol. menthæ, fol.

arte-

artemisiæ, fol. melissæ, fol. betonicæ, fol. hyperici, fol. centaur. min. ana ʒ. j.

Colligantur herbæ in plenilunio, Mense Junio, & siccatæ ad umbram, redigantur in Pulverem, de quo sumat. tribus horis ante prandium ʒ j. ad ʒ ij. ß. in vino albo, cum duplo sacchari.

378. *Pulvis Anticlinius, Lic. Lentilii.*

♃ Pulv. castorei, cinnab. nativ. ana ʒ ij. rad. doron. ver. ʒ j. ß. corall. præp. ægagropil. pulv. ana ʒ j. salis suc. volat. spec. diambr. an ʒ ß. auri fulmin. ℈ j. fol. auri N. vj.

M. F. Pulvis Dos. ℈ j. ʒ ß.

In vertigine, hystericis affectus, puerorum epilepsia, & similibus, pulvis ingratus licet, utilis tamen, & summe proficuus.

379. *Pulvis Antidipnicus D. Screta.*

♃ Sem. fœnic. Florent. ℥ j. rad. glycyrrh. ras. crem. tart. ana ʒ iij. cinnamom. ʒ ij. sacch. canth. alb. ℥ ij.

F. Pulvis subtiliss.

Usus iter racientibus ad sitim extinguendam, in locis, ubi cerevisia, & vina desunt, & aqua correctione opus habet: hujus enim pulveris nonnihil aq. fontan. commiscetur, & bibitur.

380. *Pulvis Antifebrilis mihi usitatus.*

♃ Ocul. cancr. præp. sal. card. bened. ana ℥ j. ß.

M. F. Pulvis. Dosis ʒ j. ad ʒ j. bis in die cum Jusculo

381. *Pulvis Antilethargicus D. Dolæi.*

♃ Castor. ʒ j. sem. sinapi, sem. nasturt. hort. ana ℥ j. ß. ciner. hirund. succin. præp. ana ʒ j. ambræ grys. ℥ ß. fol. auri N. iii. M. F. Pulvis.

Dos. ℈ j. ad ʒ j. in aqua aliqua spirituosa.

382. *Pulvis Antimelancholicus D. Bened. Peredæ.*

♃ Epithymi ℥ ß. lap. lazul. opt. agric. rec. trochis. an. ʒ ij. scammon. ʒ j. caryoph. N. xx. M. F. Pulvis.

Dos. ʒ j. ad ʒ ij. bis, vel ter in mense, cum sero lactis, vel aqu. borraginis.

383. *Pulvis Anciphitisicus D. Merklini Patr.*

♃ Pulv. veronic. pul. heder. terrest. an dr. iij. pulv. pulmonar. querc. pulv. pulmon. maculos. pulv. pulmon.

galler. fl. farfar. rad. enul. an. dr. ij. rad. irid. florent. fung. arbor. salicis, an. dr. j. pulm. vulp. præp. ℥ ß. amyl. dr. vi. tragacanth. dr. iij. thur. gum. arabic. an. ℥ ij. succ. liquir. inspiss. ℥ ß. sem. anis. ℥ j. flor. sulphuris dr. ß. C. C. phil. præp. corall. rub. præp. bol. anmen. an. dr. j. sacch. saturni dr. j. croc. austr. ℈ ß. rad. chin. ver. pulv. dr. ij. sacch. rosat. ℥ iv. M.

384. *Pulvis Antitoxicus Mantuanus.*

♃ Rad. scorzon. rad. contrayerv. rad. anthoræ, unicornu fussil. ver. C. C. præp. margarit. præp. lap. Bexoar. orient. terræ sigill. Silesiac. an. dr. j. smaragd. præp. corall. utrisque præp. an. dr. ß. sacch. alb. dr. vj.

M. F. Pulvis. Dos. dr. ß. ad dr. j.

385. *Pulvis Apoplecticus D. Maur. Hoffmanni.*

♃ Succini. alb. præp. dr. j. ß. margar. orient. præp. smaragd. præp. an. dr. ij. C. C. usti præp. cran human. præp. lign. aloes, rad. pœon. an. dr. j. rad. dracenæ, dr. ij. rad. pimpinell. ambr. grys. ver. ℈ ß. mosch. opt. gr. v. cinnam. opt. gr. vj. man. Christi perlat. ℥ ij.

M. F. Pulvis subtilissimus.

386. *Pulvis ab Arthritide præservans D. Christoph. VVirsungi.*

♃ Aristol. rot. veræ, Gentianæ, Rhapontici, Comarum camædr. comar. chamæpityos, ana part. æq.

M. F. Pulvis.

Per annum dimidium sumatur ℈ j. per reliquum anni tempus ℈ ß. quotidie.

387. *Pulvis Bezoarticus D. Rollvvagii.*

♃ Regul. Antimonii medic. diaph. rad. contrayerv. ver. an. ℥ ij. bol. armen. terr. lemn. vet. an. ℈ j. lap. smaragd. præp. cora. rubr. prep. matr. perlar. præp. cinnab. antimonii, ana ℈ ß. fol. auri N. 2. M. F. Pulvis.

388. *Pulvis Cachecticus mihi usitatus.*

♃ Ocul. cancr. præp. ℥ j. ß. Salis Tamarisci, sal. fraxini, sal. card. bened. sal. absinth. an. ℈ iij. vitriol. martis ʒ ij. croci ℈ ij. gr. viij. ol. cinnam. gutt. xxiv.

M. F. Pulvis.

Dosis ℈ ij. ad dr. j. in Jusculo fol. chærrefol. alterato.

389.

389. *Pulvis ad Calculum meæ ordinationis.*

℞ Rad. liquirit. raſæ dr. j. sem. violar. mart. sem. urticæ, ana dr. j. ß. lap. nephrit. præp. dr. ij. clausuli limac. dr. j. milleped. præp. dr. ij. ß. cryſtall. tartari, sal. anonid, ana ℈ iv. sal. vol. succin. ℈ ij. Elæosacch. anisi dr. iij. ß.
M. F. Pulvis. Doſis a ℈ j. ad ℈ ij. & dr. j.

390. *Pulvis contra Cancrum D. Andrigethi.*

℞ Auripigment. dr. vj. arsenic. alb. dr. iij. arsen. rubr. dr. iv. Temperentur cum succo appropriato, & exsiccentur in furno, ut fiat Pulvis; poſtea add. cantharid. torrefact. sed minime nigræ, & fiat Pulvis, qui adhibeatur petiis madefactis saliva, & chartis.

391. *Pulvis Cephalicus externus Zapatæ.*

℞ Gum. Junip. cinnam. caryophyll. piper. nigr. ana dr. j. ß. calamtinth. majoram. asari, ana dr. ij.
M. F. Pulvis minutiſſimus.
Prodeſt ad caput exsiccandum, cerebrum roborandum, memoriam augendam, cucupha exceptus.

392. *Pulvis Convulſivus D. Maii. Medic. Coburg.*

℞ Rad. vincetox. rad. enulæ, rad. mors. diab. rad. caryophyl. rad. pœon. ana ℥ j. ß. bacc. laur. ℥ j. summit. salv. summit. serpill. flor. rorismar. ana dr. ij. spec. diamosch. spec. diapler. Archont. spec. diarrhod. Abbat. ana dr. j. ß.
M. F. Pulvis magiſtralis.

393. *Pulvis ad Corpulentiam nimiam D. Sennerti.*

℞ Sal. nitri dr. j. alumin. ℈ ij. myrrhæ, thuris, cort. lig. Guajad. rad. salsæparill. ana dr. ij.
M. F. Pulvis.

394. *Pulvis Cosmeticus D. Cnœffelii.*

℞ Spermat. cetr. albiſs. magiſt. talc. ana dr. ij. sacch. saturni dr. j. M. F. Pulvis.
Hic pulvis lanugine, seu goſſypio exceptus, adhibeatur cuti vesperi dum itur cubitum; sequdnti die facies linteo puro, & sicco iterum abſtergatur.

395. *Pulvis contra Deutium vacillationem D. Schneideri.*

℞ Rad. biſtort. nuc. moſch. ana dr. j. caſſiæ lign. rec. ℥ iv. fol. rosar. rubr. fol. balauſt. extr. sarcocoll. thuari-

aristoloch. mastich. sumach. alum. usti, myrrd. rubr ana ℥ ß. lap. hæmatit. præc. ℈ j. m.

*396. Pulvis Diasennæ D. Hartmanni.*

℞ Fol. sennæ mund. Crem. tartari, an. ℥ j. sem. a. nisi caryophyll. cass. lign. galangæ, diagryd. an. ʒ j. M. F. Pulvis. Dos. ʒ ß. ad ʒ j. ß. in substantia: in infuso ad ℥ ß.

*397. Pulvis Digestivus Scorbuticus Mollenbrocchii.*

℞ Croc. martis aperit. ℥ j. ʒ ij. magist. cochlear. tartar. vitriol. nitri antim. an. ʒ j. fœcul. aron. ʒ j. ß. M. & detur pro Dos. ℈ j. ad ʒ ß.

*398. Pulvis Diureticus D. Fr. Dekkers.*

℞ Rad. saxifrag. alb. rap. liquirit. an. dr. ij. Sem. nasturt. ℥ ß. sem. raphan. sem. milii solis, sem. urtjc. roman. ana ʒ iij. Baccar. juniper. ʒ ß. ocul. cancr. ℥ j. Lapid. prunel. ʒ ij. tartari vitriolati, salis stipit. fabar. ana ʒ j. ß. Conchenil. tinctorum, Test. ovor. calcinat. Croc. opt. ana ß v. ol. bacc. junip. ʒ ß. F. Omnium Pulvis tenuissimus.

Usus. Posi justam emollientium, laxantium, anodynorum, viasque dilatantium, tam in.ernornm, quam externorum usurpationem in urina cienda, sabulo expellendo, materiaque arenulis mixta tenaci mucosa exturbanda efficax.

*399. Pulvis Domesticus.*

℞ Aloes, cinnam. mytrh. tormentill. rcord. CC. phil. præp. zedoar. angdlic. card. ben. troch. eappar. visc. puer. Terræ sigill. ana ʒ iij. mastich. orienr. ℥ ß. margarit. præp. corall. præp. ana ʒ ij. mastich. bol. armen. caryophyll. lign. paradis. macis, anb ℈ j. ß.

M. F. Pulvis subtilissimus.

Usus ejus in quibuscumque affectibus contagiosis, præservationis gratia, uti febribus malignis, dysenteria maligna, variolis, morbillis, imo ipsa pestilentia grassantibus.

*400. Pulvis Dominarum ad Menstrua retenta.*

℞ Sem. Sesel. sem. cumin. sem. marathri, ana ℥ j. ß. rad. curcumæ, nuc. mosch. calam. aromat. ana ʒ ß. galang. zedoar. cass. lign.umacis, caryophyll. anthos. ana dr. ij. cinnam. ℥ ß. croc. ʒ j.

M. F. Pulvis.

Dos. ℥ j. cum vino.

401. *Pulvis ad Dysenteriam mihi usitatus.*

♃ Rad. contrayerv. ℥ ij. nuc. mosch. cort. extim. aurant. an. j. terræ sigill. alb. cretæ colon. in aq. plantag. lotæ, ana ℥ j. ß. lap. hæmat. ℥ j. mastic, oliban, ana ℥ ij. ß. M. F. Pulvis.

Dos. ℥ j. ad ℥ j. ß. quavis octava hora, vel pro neceſſitate.

402. *Pulvis Dysentericus D. Fr. Hoffmanni.*

♃ Croc. Martis adſtring. ℥ j. CC. uſt. præp. ℥ ß. rad. biſtort. rad. tormentill. ana ℥ ij. cinnam. elect. ℈ j. ſacch. ſaturni ℈ ij. M. F. Pulvis. Dos. a ℈. j. ad ℥ ß.

403. *Pulvis Dysentericus D. VVeinlini Med. Rotenburg.*

♃ Cortic. granat. cret. pul. ocul. Cancr. præp. ſpecific. antifebr. ſem: lapath. acut. ſem. plantag. Rad. ſymphyt. rad. biſtort. rad. tormentill. cupul. gland. ana ʒ ij. bol. rubr. lap. hæmatit. præp. ana ʒ ß. fol. Auri N. vj. M. F. Pulvis ſubtiliſſimus. Doſis ℈ j. ad ℈ iij.

404. *Pulvis Epicerasticus D. Mercklini, Fil.*

♃ Unicorn. foſſil. ʒ iij. oc. Cancr. crud. matr. perlar. pulv. cret. alb. terr. melitens. ſpecif. antifebril' ſpecif. ſtomac. Pot. ana ʒ ij. lap. hæmatit. nucl. inter. lap. petit. bol. armen. an. ʒ j. cryſtall. mont. præp. ʒ ß.

Redigantur omnia in pulverem ſubtil. qui ſuper porphyr. projectus lævigando præparetur, ſubinde affundendo tantum Tinct. anodyn. D. Ettmulleri, quantum pulvis capere poteſt; tunc iterum exſiccetur, ſervetur uſui.

405. *Pulvis Epilepticus Cratonis.*

♃ Cinnab. nativ. pellucid. limatæ, & in tenuiſſimum pulv. tritæ ℥ ß. corral rubr. præp. margarit. præp. ana ℈ ij. croci or. ℈ j. fol. auri N. xv. Terantur omnia ſubtiliſſime ſuper lapidem.

Dos. iu acceſſione gr. vj. ad ℈ j.

406. *Pulvis Epilepticus de Gutteta.*

♃ Rad. pœon. ſem. ejuſdem, dictam. alb. viſci querc. ana ℥ ß. atriplicis ʒ ij. Cranii human. ℥ j. corall. rub. præp. hyacinth. præp. ana ʒ j. ß. Ung. alcis præp. ℥ ß. moſchi ℈ j. fol' Auri ℥ j. M. F. Pulvis.

Doſis ℈ ß. ad ℈ j. ultra.

407.

407. *Pulvis Epilepticus meæ deſcriptionis.*

℞ Cinnab. nativ. pellucid. ſeorſim ſubtiliſs. pulv. ℥ vj. cran. hominis ſtrang. & ſig. calcin. ℥ ß. Terræ ſigill. alb. ʒ j. ß. milleped. præp. ſem. pœon. viſci querc. ana ʒ iij. croci ʒ ß. moſchi fini ℈ ij. gran. ij. fol. auri N. xxj. M. F. Pulvis.

Doſis gran. viij. ℈ j. ad ʒ ß. vel etiam ultra.

408. *Pulvis Epilepticus D. Mœbii.*

℞ Cinnab. nativ. Hungar. cinnabar. antimonii rectif. ana ℥ ß. ſmaragd. or. græp. CC. ſine igne, corn. alc. ſine viſc. corilin. ana ℥ j. M. F. Pulvis.

409. *Pulvis Epilepticus Rudolph. II. Imp.*

℞ Ambr. ʒ j. unicorn. ver. ℈ ij. ungul. alcis, lap. percar. ana ʒ j. ℔. corall. albor. & rubr. ana ʒ ij. margar. pellucid. viſc. quercin. ana ʒ j. ſang. turtur. ʒ j. ß. cord. ranar N. iij. ungul. ſciur. ʒ j. ß. corn. ſcarab. ʒ j. CC. ʒ ij. Pulveriſentur omnia minutiſſime, exhibeantur pro doſi tantum, quantum duabus vicibus cuſpide cultr. capi poteſt, in aqua ceraſ. nigr. flor. til. lilior. conval. vel Fl. beton. propinetur bis, vel ter. *Sæpiſſime probatus dicitur.*

410. *Pulvis Epuloticus D. Barbette.*

℞ Cacch. ſaturni, lithargyr. ana ʒ. ij. lap. calamin. er. j. tormentill. rad. biſtort. rad. ariſtol. rotund. ſang. dracon. teſtar. ovor. combuſt. ana ℥ ß. M. F. Pulvis:

Inſpergatur ulceri, aut miſceatur cum Ung. diapompholygo, vel cum Emplaſtro gryſeo, & habebis Emplaſtrum epuloticum præſtantiſſimum.

411. *Pulvis ad Excreſcentias carneas Ejusdem.*

℞ Gallar. balauſt. alum. uſti, thuris, myrrhæ, ana dr. j. ſang. dracon. ceruſſæ, æris, ana ℥ ß. M. F. Pulvis.

412. *Pulvis ad Febres malignas Pragenſium.*

℞ Rad. ſcorzon. ſal. prunellæ, ſal. ſcord. vel card. bened. CC. præp. ana ℥ iij. camphoræ, iij. croci ℥ ß. M. F. Pulvis Doſis dr. j.

413. *Pulvis ad Febres malignas Viennenſes.*

℞ Flor. ſulphuris, Flor. Nitri, ana dr. j. myrrhæ el. ℥ ij. camphoræ dr. iij. M. F. Pulvis.

Dos. dr. ß. ad dr. j. ß.

414. *Pulvis Febrilis Lithuanicum D. Georg. Juchs.*

℞ Alum. crud. nuc. moſch. ana dr. oliban. ℈ j. piper. nigr. gr. v. uſque ad viij. caryoph. gr. iij. uſque ad vj. M. F. Pulvis ſubtiliſſimus.

Datur. dr. ß. ad dr. j. in aquæ centaur. & aceti bezoas. ſimpl. ana dr. j. ß. tribus repetitis vicibus ſemper. ante paroxyſmum. Febrem tollit cum admiratione.

415. *Pulvis ad Fœtum mortuum pellendum Sennerti.*

℞ Borrac. dictam. cret. ſabinæ, ana dr. j. myrrhæ, rad. aſari, cin. croci, ana dr. ß. M. F. Pul., Dos. dr. j.

416. *Pnlvis Hæmorrhagiam Narium ad extra D. Kegleri.*

℞ Lap. hæmat. dr. j. ß. corall. rub. dr. ß. calcith. uſt. dr. ij. gum. arab. aſs. dr. v. Trochiſc. de ſpod. dr. j. pulv. ſanguinariæ dr. ij. ſang. dracon. dr. j. ß. M. F. Pulvis.

417. *Pulvis Hæmoſtaticus D. Screta.*

℞ Terr. vitriol. dulc. dr. v. ſang. drach. ver. thur. maſtich. taccæ flor. Aluminis rup. ana dr. j. M. F. Pillen.

Uſui eſt cum in omnibus largis hæmorrhagiis, tum in ea, quæ amputatos artus inſequi ſolet.

418. *Pulvis Hydragogus D. Tim. a Gudenkie.*

℞ Mag. gum. de Goa dr. ij. fœcul. broin dr. j. mechoacan. albiſs. ℈ vj. olei macis gutt. vij. M. F. Pulvis.

419. *Pulvis Hyſtericus meus.*

℞ Rad. doronici veri ʒ j. rad ariſtol. rot. ſem. pæon. maris, ana ℥ ß. cinnam. acut. macis, ana dr. ij. terræ ſigil. alb. corall. rub. præp. ana dr. vj. caſtor. dr. iij. ol. ſerpilli deſt. ol. ſucc. ana gutt. xv. fol. auri N. xxxvj.

M. F. P. Dos. dr. ß. ad. dr. j. vino Moſchato.

420. *Pulvis Jeſuitarum, Memoriæ conſecratiſſimus.*

℞ Majoran. ſalv. beton. meliſs. ana dr. j. bacc. laur. ſem. pœon. excort. ſem. meliſs. anna dr. j. ß. ſem. ocym. ſem. feſel. ana dr. ß. ſem. zedoar. ſem. cymn. præp. ana dr. j. cubeb. anciſtæ, macis, caryop. piper. alb. piper. longi, piper. nigr. rad. liquirit. zingib. alb. ana. dr. ij. myrobolan. citr. myrob. indic. ana dr. j. ß. thur. maſtich. ana dr. ß. ſacch. albis. ℔ ß, M. F. Pulvis ſubtiliſſimus.

421. *Pulvis Imperatoris, Cephalicus, & Stomachicus, vulgo.*

℞ Macis

℞ Macis zedoar. rad. enul. liquir. CC. ſine igne præp. ana ℥ ß. zingib. alb. cinnam. opt. caryop. oliban. alb. ling. cerevin. herb. veron. herb. ſalv. herb. card. bened. herb. cent. min. ſem. anis. ſem. fœnic. ſem. rit. ſem. carv. ſem. petroſel. ſem. urtic. rubr. ana ʒ ij. cubebar. cardamom. ana ʒ x. bicc. juniper. ʒ vj. ſol. ſenn. ſ. Fl. ℥ iij. rhabarb. el. ʒ iij. pulmon. vulp. ℥ j. crem. tartari ʒ 2j. ſacch. cand. alb. ℥ ix.

Infundantur in aceto vin. acerrim. exſiccentur, & omnia in ſubtiliſſimum pulverem redigantur.

422. *Pulvis contra Incantamenta D. VVeilini.*

℞ Herb. abſinth. herb. hyper. herb. antirrhin. herb. conyz. ana m. j. herb. origan. herb. ptarmic. ana m. ß. polytrith. aur. m. j. rad. ariſtol. rot. ℥ ij. rad. imperat. rad. vincetox. ana ℥ j. ß. aſæ fœtid. oliban. ana ʒ j. myr. rubr. maſtich. ſel. ana ʒ vj. Fl. filig. Fl. cartham. ana M. j. ſuccin. citr. ℥ ij. corall. rubr. crud. ℥ j. ß.

M. F. Pulvis groſſus.

323. *Pulvis Lac provocans D. VVincleri.*

℞ Cryſtall. mont. præp. curall. alb. præp. margar. præp. ana gr. xv. piper. long. ℈ ij. gr. v. olei fœnicul. gutt. xj. ol. macis gutt. ij. ſacch. cand. alb. ʒ vj.

M. F. l. a. Pulvis.

424. *Pulvis Lithontripticus D. Rolfincii.*

℞ Ocul. cancr. præp. ſang. hirci præp. ana ʒ j. ß. lap. Judaic. lap. neprit. ana ʒ j. ocul. lucij piſcis, ſem. milii ſolis, ana ℈ ij. cryſtall. tartari ʒ ß. fol. com. ℈ j.

M. F. Pulvis.

425. *Pulvis Manualis D. Jo: Michaelis.*

℞ Magmat. amygd. dulc. ℥ iv. farin. fabar. fa.in. lupini, farin. orizæ, ana ℥ j. roſar. alb. ℥ ß. Fl. benz. ʒ iij. ſalis tartari albiſs. ʒ j. m.

436. *Pulvis ad Menſes provocandos D. Sorbait.*

℞ Borac. Venet. Glaciei Mariæ, Croci, ana ℈ ß. Trochiſc. de myrrha ℈ j. M. F. Pulvis.

Dentur cum Decocto cicerum rubrorum; vehementes provocat menſes, ſed patiens una hora ab aſſumpto pulvere tecta in lecto maneat, quaſi ad ſudoris prolicium.

327.

427. *Pulvis ad Menſium nimium fluxum mihi probatus.*

℞ Fol. menthæ crispæ, fol. chamædr. fol. consolid. sarasen. fol. botryos, an. ʒ j. cryſtall. præp. ʒ ij. succin. præp. ʒ j. rubricæ fabril. cretæ Colon. in aq. plantag. lotæ, an. ʒ ß. eloæsaacch. nuc. moſc. ℥ ß. M. F. Pulvis.

428. *Pulvis Millipedum contra Spaſmum D. VVillis.*

℞ Pulv. milleped. præp. ʒ iij. pulv. sem. ameos ʒ j. M. Dividatur in 10. doses, sumantur 2. de die.

429. *Pulvis Nephrocatharticus, ſue Lithontripticus, D. VVepfferii.*

℞ Lap. lineis præp. lap. judaic. præp. an. ℥ j. lap. prunell. ʒ j. ß. ocul. cancr. præp. ʒ iv. nuc. moschat. ʒ ß. sacch. cand. alb. ℥ iv. M. F. Pulvis.

430. *Pulvis Odontalgicus D. Fr. Dekkers.*

℞ Rad. chelidon. major. rad. irid. nostrat. rad. imperator. an. ʒ j. rad. zingiber. alb. ʒ ß. pyreth. ℈ ij. sem. nasturt. cubebar. an. ʒ ij. caryop. ℈ j.

℞. omnium pulvis, qui cum s. q. Mellis anthosat. & spir. salis ammoniaci gutt. xvj. miscendus, valet in odontalgiá, dolore capitis diuturno, gravativo &c.

431. *Pulvis Pectoralis D. Michaelis.*

℞ Fœcul. aron. ℥ iij. pulv. ireos flor. ℥ ij. magist. benz. ℥ j. ß. flor. sulphuris ℥ j. antihect. Poter. ℥ ij. sacc. ℥ iij. M.

432. *Pulvis Pectoralis balsamicus D. VVedelii.*

℞ Rad. glycyrrh. ℥ j. rad. ireos florent. ʒ ij. flor. sulphuris ℥ ß. ff. benz. ℈ j. sacch. cand. alb. ℥ ij. olei anis. ol. fœnic. ana gutt. x. M.

433. *Pulvis ad Phthiſin D. Rondeletii.*

℞ Sem. pap. alb. ʒ ß. gum. tragac. gum. arab. farinæ erobi, an. ʒ j. ß. sem. althoæ, sem. portutac. sem. cucum. sem. melon. sem. citrulli, sem. bombab. an. ʒ iii. cineris cancr. fluviat. corall. alb. præp. succi glycyrrh. an. ʒ j. ß. sacch. ros. tabulat. ad Pondus omnium.

M. F. Pulvis. Dos. ʒ ij. cum syr. de papaver. vel Jujubino.

434. *Pulvis Polychreſtus Imperialis,*

℞ Sacch. cand. alb. ℥ vj. croc. martis cum aceto tamarind. præp. ℥ j. ß. sem. fœnicul. rasur. ebor. tali leporin.

porin. ocul. lucii, cardamom. men. zingib. alb. nuc. moſch. rad. liquirit. ana ℥ j. cinnam. cubeb. caſſiæ lign. spic. nard. ſad. & ſem. pœon. viſc. quercin. acid. tartari, ana ℥ ß. magiſt. lap. carpion. magiſt. ocul. cancr. magiſt, lap. percar. croc. orient. ſem. petroſel. ſem. opii, caſtor. ver. caryophyl. myrrh. rubr. lign. aloes, herb. hyſſop. olei anis. ana dr. ij. magiſt. perlar. orient. magiſt. corall. rub. macis elect. ana dr. j. fol. auri Ungar. N. xliv. M. F. Pulvis ſubtiliſſimus.

435. *Pulvis preſervativus in Peſte, & Febribus Malignis Reg. Hiſpan.*

♃ Myrrhæ el. maſtich. bol armen. terr. ſigill. lig. aloes, caryophyll. maceris, ana dr. j. croci ℈ j.

M. F. Pulvis, ſingulis diebus ad dr. j. ſumendus.

436. *Pulvis meus Refrigerans, ad Febres continuas, tam benignas, quam malignas, perutilis.*

♃ Lap. prunelle, terræ ſigill. alb. ana ℔ ß.

M. F. pulvis, qui impraegnetur ſucco papav. errat ex floribus rec. expreſſo, ac moderato calore exſiccetur, & rurſum pulveriſetur. Doſis dr. ß. ad dr. j.

P437. *Pulvis Saracenicus ab. Arthritide pſæſervane Joan. Anglici.*

♃ Fol. chamæpytios *æ* j. oſs. human. pedis combuſt. ℥ ij. tiquirit. ℥ iij. M. F. Pulvis.

438. *Pulvis Secretus in præſervatione, & curatione. Peſtis, Th. Burneti.*

♃ Rad. dictam. alb. rad. tormentillæ. boli armen. cum aq. ſcabioſ. præp. terræ ſigill. ana dr. vj. rad. gen. tianæ, rad. petaſit. betonicæ, ana dr. ij. ſantal. rub. dr. j. raſur. ebor. cor. citri, corall. rub. præp. oſs. de cord. Cervi, zedoar. ana ʒ ß. margarit. præp. necn. utriſque, an. ℈ ij. frag. 5. lap. pret. ana ℈ j. ſuccini, raſur. C. Croland. ana ʒ ß. fol. auri N. iij. M. F. Pulvis.

Doſis in præſervatione a ʒ ß. ad ʒ j. in curatione a ʒ j. ad ℈ iv.

439. *Pulvis ad Siccanda ulcera etiam malignam D. Sorbait.*

♃ Cineris avenæ, pompholyg. ana ʒ j. rad. saniculæ alb. ℥ ß. aluminis ʒ ß.

M. F. Pulvis ulceribus inſpergendus.

440. *Pulvis Sternutatorius albus Anonymi.*

♃ Sem. oriz. ℥ iij.

Superfunde aq. rosar. opt. aut apopleɑ̃. dein stet, usque dum siccum fiat, cum pulverisas, add.

Rad. ireos flor. Fl. stœchad. an. ℥ ß.

Aut loco flor. stœchad. rad. bryon. aut caudas siccas raphan. nigr. min. pro odore, adde

Mosch. ambr. aut bals. odorat. pro lubitu.

Addi etiam potest, si volueris, ut sternutationem fortius cieat, tantillum pulv. fl. lil. conval.

441. *Pulvis Sternutatorius Nordlingens.*

♃ Flor. rosar. rub. Fl. lil. conv. Fl. beton. Fl. anthor, Fl. salviæ, ana p. ij. storac. calamit. benzoes, an. ʒ j. ß. nigell. ʒ j. fol. Tabac. ℥ vj. ol. dest. major. ol. dest. carioph. ol. dest. lign. rod. an. gutt. iv. mosch. in prædict. ol. solut. gr. ij. M. f. l. a. Pulvis.

442. *Pulvis ad Strumas Argentoratensium.*

♃ Spongiar. cort. cancror. pilæ marin. an. combust. os. sapiæ, piper. longi, piper. nigri, zingib. cinnam. sal. gem. pytrei, gallar. glaciei Mariæ, lap. spong. an. ℥ j. M. F. Pulvis.

443. *Pulvis Stipticus D. VVepfferi.*

♃ Rad. tormentill. rad. bistort. ana ℥ ß. Flor. rosar. rub. fl. balaust. an. ʒ j. ß. sem. plant. an. ʒ j. CC. usti præp. ebor. ust. præp. an. ʒ ij. coral. rubr. præp. ʒ j. sacch. alb. ℥ iv. M. F. Pulvis.

444. *Pulvis Stipticus internus J. H. Junghen.*

♃ Pulv. bezoard. ver. ℥ ß. pulvis catechu præp. ℈ iv. pulv. anodyn. ʒ ß. olei cinnamom. gutt. j.

M. Dos. ℈ j. ad ʒ ß.

445. *Pulvis ad Variolas D. Tuchischeri, Phys. Francofurt.*

♃ CC. præp. ʒ ij. margarit. corall. rubr. præp. an. ʒ j. oss. de cord. cerv. ℈ j. sem. napi ℥ j. myrrh. elect. ℈ ij. fol. auri N. iij. M. F. Pulvis pro usu.

446. *Pulvis ad vermes meus.*

♃ Rad. historr. rad. zedoar. fol. rutæ hort. cort. aurat. extim sem. coriand. non præp. sen. citri, sem. lupinor.

myrrhæ rub. alum. crud. sal. gemmæ, cretæ Colon. cum aq. tanaceti præp. vitriol. martis an. ʒ j. mercur. dul. ʒ ij. rad. Jalap. ʒ vj. elæosacch. lauri ℥ ß.

M. F. P. Dos. ℈ ß. ʒ ß. ad ʒ. j. in vehiculo convenienti.

447. *Pulvis ad Vermes infantum D. VVillis.*

℞ Rad. serpentar. virgin. ʒ j. corall. ad albed. calcin. ʒ ß. M. F. Pulvis. Dos. ℈ ß. ad. ℈ j. superbibendo decoctum graminis.

448. *Pulvis Violaceus, D. Th. de Mayerne.*

℞ Ros. rub. ireos flor. an. ℔ iij. lign. rhod. ℔ j. cala. aromat. ℔ ß. Caryophyll. majoran. cinnamom. coriandr. præp. an. ℥ iv. cyperi, satall. moscatell. an. ℥ vj.

M. F. Pulvis.

449. *Pulvis in Virium languore, & sincope D. Ettmulleri.*

℞ Ambræ grys. gran. viij. solve in ol. cinnamom. & cardam. an. gutt. viij.

Adde extract. lig. oles ℈ ß. margarit. præp. ℈ j. sacch. cand. ℥ j. M. F. Pulvis. Dos. ʒ ß. ad ʒ j.

450. *Pulvis ad ulcera renum D. Sennerti.*

℞ Rad. tormentillæ dr. j. ß. gran alkekeng. dr. ij. spodii ʒ j. corall. rub. equiset. an. ʒ. ij. mastich. sang. dracon. an. ʒ j. ß. sacc. rosat. tabul. ℥ j. ß. M. F. Pulvis. Qui exhibeatur in aq. plantag. equiseti, & similibus: potest etiam cibis admisceri.

551. *Pulvis ad Urinæ incontinentiam, Nosocomio Augustanorum, quondam familiaris.*

℞ Stomach. Gallin. mastic. galang. an. ʒ j. agrimon. occul. cancr. alchimillæ an. ℈ ij. capul. gland. ʒ ij. nuc. mosc. ʒ j. erinac. combust. ℥ ß. sacc. ℥ j.

M. F. Pulvis.

452. *Pulvis ad Vulnerum hæmorrhagium D. Barbette.*

℞ Farinæ volat. Meled. ℥ iij. sang. dracon. Thuris, ana ℥ ß. boli, Terræ sigill. ana ʒ ij. gypsi ʒ vj. ranar. exsiccat. ℥ j pilor. leporin. minutim incis. ʒ. j. ß. alb. ovor. in sole exsiccat. & pulv. ℥ ß. spongiæ novæ torrefact. ʒ j. vitrioli alb. ʒ j. M. F. Pulvis subtilissimus.

453. *Roſa Vitæ mineralis.*

℞ Mercurii purgat. cum aceto deſt. & sales. a. & aliquoties per corium traject. ℥ ij. nitri, vitrioli ad albed. calcin. an. vj.

Miſce in mortario lapideo, donec mercurius non amplius videatur. Hinc ſublima in cucurbita loricata, primo lento igne, donec phlegma exierit, poſtea auge ignem per gradus, 10. vel 12. horas, & mercurium ſublimatum rubrum invenies. Tere ſubtiliſſime, & ſuperfunde ſpiritus nitri ℥ ij. ſuperpoſito alembico ſpiritum abſtrahe, iterumque reaffunde: hunc laborem quater repete, deinde ſpiritum vini ſuperfunde, & ad ſiccitatem in M. B. abſtrahe, poſt aquis cordialibus aliquoties ablue, & ad uſum ſepone.

Uſus Purgat lente per ſeceſſum, ſive vomitum. Summum eſt arcanum in Hydrope, & Lue Venerea.

Dos. a gr. iv. ad vj.

454. *Roſetta Italorum.*

℞ Magiſtr. concharum margaritiferar. & ſplendent. marcaſit. an. ʒ ß. lacc. Indic. purpur. vel Florent. finiſs. vel quod libet Magiſt. carmeſini.

Quod Galli, & Itali carm. & carm. vocant q. s. M. F. Pulv.

455. *Rotulæ ad Aerem imbenignum, D. Androni, Angli.*

℞ Cort. citr. ʒ j. oſs. de cord. cerv. margarit. præp. an. ℈ ß. ſaphyr. præp. gr. iij. oleo macis gutt. ij. ol. cinnam. gutt. v. ſpec. liberant. ß. ſpec. diarrhod. Abb. ʒ ij. ſacch. alb. clarific. ℔ ß. aqu. card. ben. an. ℥ ij. ß. aq. cinnam. ℥ ß.

Coq. ad conſumptionem aquæ, formentur Rotulæ s. a. quarum unaquæque ponderet ℈ j.

456. *Rotulæ Ambratæ D. Oſvvald.*

℞ Amb. odor. ℈ j. Hanc. irrorando ſpirit. roſac. diutius contere, ut paſta fiat, inde phialæ hermetici clauſæ, ut ſervetur fragantia, atque terræ per menſem commenda, poſtmodum exime, & adde.

Mag. perlar. ſpiritu vitrioli fact. ʒ j. pulveris rad. ireos, ſpec. diamb. compl. ſpec. diaireos, an. ℈ ij. amyl. ʒ ij. ſacch. cand. alb. ℥ viij. ſacch. penid. ʒ j. ß.

Cum mucilag. tragac. F. l. a Rotulæ.

457. *Rotulæ ab Apoplexia præservantes D. Sennerti.*

♃ Ol. dest. anisi gutt. iv. ol. dest. nuc. mosc. ol. dest. carvi an. gutt. iij. ol. dest. caryoph. gutt. j. ambræ gran. vj. sacch. in aq. rosar. solut. ℥ iij. F. l. a. Rotulæ.

458. *Rotulæ Imperatoris, D. Screta.*

♃ Sac. in aq. ros. & cin. sol. ℔ j. amyg. dulc. excor. ℥ ij. cor. citr. cond. ℥ ß. conf. alkerm. comp. ʒ ij. spec. imperat. ℥ j. M. f. s. a confect. in Rotulis.

459. *Rotulæ Martiales Dn. D. P.*

♃ Crem. tartari martial. ℥ ß. croc. martis aperit. ʒ ij. bezoard. mineral. martialis ʒ ß. siccin. alb. præp. ʒ j. ß. succ. albiss. ℥ v. ß. cum aqu. gramin. q. s.

F. Rotulæ irrorentur olei anis. gutt. v.

Dos. N. 6. 7. ad 8. bis in die, per 14. dies ante tempus consuetum, nimirum duos, vel tres dies ante mensium proruptionem.

460. *Rotulæ Peruvianæ D. Screta.*

♃ Santal. rub. crassiuscule incis. ℥ ß. vin. alb. ℥ viij.

Coq. ad mediæ part. consumpt. dein adde

Spir. vini ℥ ß. spir. tartari ʒ j.

Post levem ebullitionem fortiter exprime, & cola; in colatura dissolve

Sacc. albiss. ℥ ij. gumm. de Peru ʒ j. pulver. cinnam. pulv. caryoph. ana ʒ ß. aqu. cinnam. ʒ ij.

461. *Rotulæ Præservativæ D. Laurentii.*

♃ Pulv. bezoard. ʒ j. spec. liberant. sine aloe ʒ ß. spec. diarrhod. Abb. confect. de hyacinth. ana ʒ ij. magist. perlar. magist. coral. mag. CC. ana ℈ j. extr. zedoar. gr. xv. sac. in aq. rosar. sola. ℔ j. Extra ignem adde Olei de cor. cit. ʒ. ß. spiritus rosa. ℈ j. F. l. a Rotulæ.

462. *Rotulæ Purgantes D. Bierlingii.*

♃ Tartari violas. ℈ ij. zingib. alb. ℈ j. caryoph. galan. ana ℈ ß. nuc. mosch. macis, ana gr. vj. pulv. lign. aloes ℈ ß. cardamom. spic. ana gr. vj. scammon. præp. ℈ iv. sacch. in aq. cinnam. dissolv ℥ ij.

F. confect. in Rotulas. Dosis ʒ j.

463. *Rotulæ sublinguales in Peste D. Tudecii.*

♃ Cort.

Cort. citri rec. ℥ j. ß. contus. trajice per setac. quibus adde: extract. enulæ, extract. zedoar. an. ʒ ß. ambræ grys. gran. iij. moschi gr. ij. spec. diamoschi dulc. ℈ j. ol. rutæ dest. gutt. iij. sacch. in aq. galeg. & tragac. solut. q. s. M. F. l. a. Rotulæ.

In ore tenendæ, quandocumque opus est.

464. *Rotulæ ad Vermes necandos D. Morelli.*

℞ Rhab. el. sem. santon. coral. ana ʒ j. mercurii dulc. ℈ ß. sac. in aq. gramin. solut. q. s. M. F. Rotulæ.

465. *Saccharum Aluminis ad Hecticam, & sudores nocturnos D. Dolæi.*

℞ Alum. s. q. destilla in arena destillatum phlegma suo capiti mortuo adde, & denuo destilla; idque septies repete, vel donec totum phlegma in suo corpore maneat, paratum alumen tritium solve per deliquium in loco humido, hunc liquorem dein in Balneo per 12. vel. 14. dies digere, postea, separatis fœcibus, liquorem purum filtratum lento igne coagula.

Dulcis hujus coaguli usu, non tantum in febribus, sed & pectoralibus morbis, præcipue autem in hectica, & sudoribus nocturnis prodest.

Dos. gran. x. ad xv. in vehiculo convenienti.

466. *Sacculi ad Dolorem Capitis D. Etmulleri.*

℞ Millii tosti M. ii. sal. comm. parum tost. M. i. her. betonic. flor. chamom. ana M. ß. pulv. rad. Rhod. ℥ ß. F. Sacculi interpassati, calide Capiti applicandi.

467. *Sal Antifebrile D. Sleppecrelli Med. Curland.*

℞ Salis absinth. sal. cent. min. card. ben. sal. armoniaci probe sublimati, sal. nitri ana ʒ j. M.

Propinatur horis duabus ante paroxysmum, in convenienti vehiculo.

468. *Sal contra Calculum D. P. H.*

℞ Sal. ononid. sal. saxifrag. sal. petrosel. sal. cynosbat sal. notic. sal. chamomill' sal. succin. volat. sal. urinæ volat. sal. armoniaci septies sublimat. calcul. micros. Magist. perlar. magist. corall. magist. lap. percar. lap. nephrit. lap. prinell. tartari vitriol. spir. vitriol. coagulat. sem. alkeken. pulv. ana q. v. M.

469. *Sal Joviale D. Clavii.*

♃ Aceti dastill. acerrimi pintas viij.

Destill. per M. B. pintas vi. residuum, mutato recipiente, seorsim excipe: feces retortæ inde, & urge igne violento, oleum fœtidum separa a spiritibus, omnes spiritus conjunctos cohoba cum fœcibus, ut sales inde extrahant volat. Hinc. ♃ Ciner. Jovis ℔ ß.

Inde matracio oblongo, & affund. spiritum istum, digere in arena per 24. horas, ut sæpius bulliant. Filtra liquorem, & hinc iter M. B. spir. avoca, donec. in cucurbitæ fundo sal remaneat crystallinum.

Usus in Hystericis passionibus.

470. *Sal. Stomachicum Esurinum D. Dolæi.*

♃ Sal. com. igne forti fusi, sal. nitri præp. sal. gemmæ, ana ʒ ij. sal. absinth. sal. card. bened. sal. tamarisci, ana ʒ j. galang. cubeb. macis, ana ʒ ij. M. F. Pulvis.

471. *Sapo Artificialis ad Cutis vitia D. Greg. Holstii.*

♃ Rad. lapth. acut. Rad. enul. ana ℥ j. Rad. ireos, Herb. fumar. herb. acetos. ana dr. ß. sulphuris viv. sem. sinap. alb. ana dr. ij. ß. sem. papav. alb. amygd. amar. persicor. excort. ana ℥ j. amyl. ℥ j. ß. medul. panis alb. in lacte capr. per noct. macer. ℔ ß. styr. liquid. myrrh. ana ℈ j. olei tartari ℈ j. ß. ol. mast. ol. lavend. ana dr. ij. limon. purgat. & incis. ex corticibus N. j. fell. bubul. N. i salis com. solut. dr. ß. caryoph. macis, lign. aloes, cinnam. opt. Spic. cels. ana dr. ij. sapon. venet. ℥ vj. cum mucilag. tragacant. in aq. fumar. fact. q. s.

F. Trochisci rotundi.

472. *Sapo contra Scabiem D. VVepfferi.*

♃ Sap. venet. ℥ iv. sev. cervin. unguent. pomat. ana ℥ ß. fl. sulphuris dr. ij. sacch. saturni, tutiæ præp. sperm. cet. ana dr. ij. ß. olei tartari ℥ ß. solut lytharg. dr. olei lavend. gutt. iv. Cum. aq. rosar. q. s. F. Globuli s. a.

473. *Species Cephalicæ Sereniss. R. Siciliæ.*

♃ Oliban. dr. iij. succin. alb. succin. citrin. ana dr. j. mastich. ℈ ij. storac. calamit. dr. ß. gumm. benz. ℈ ß. caryoph. ℈ j. flor. lavend. ana P. i.

M. Fiat-

M. Fiatque ex omnibus Pulvis groſſus, cui adhuc admiscebis Ivæ arthetic. ℈ j. M.

474. *Species Emmenagogæ D. Jac. VVepfferi.*

℞ Limat. Martis ℥ ß. cinnam. acut. dr. vj. caryophyl. dr. j. ß. macis dr. j. bacc. laur. dr. iij. summit. meliſs. summit. puleg. summit. rorism. ana P. j. croc. orient. ℈ ß. sacch. alb. ℥ iij. M. F. Pulvis groſſus.

475. *Species laxativæ polycreſtæ, D. VVedelii.*

℞ Rad. acetos. Rad. scor. Rad. cichor. ana dr. j. sum. fumar. summit. cent. min. ana M. ß. Fl. 4. cordial. ana P. j. fol. sen. s. fl. ℥ ß. rhabarb. el. dr. j. ß. const. ver. ℈ j cremor. tartari ℈ iv. M. pro Nodulo.

476. *Specificum Anodynum Paracelsi.*

℞ Opii Thebaic. ℥ j. succ. Aurant. succ. cydron. ana ℥ vj. cinnam. caryoph. ℥ ß.

℞ Contusa, indita vitro, apposito coopertorio cæco, digeratur in sole, vel furno per mensem. Post,

℞ Digestum.

exprime, iterum impone, & digere cum seqq.

℞ Mosc. ℈ ß. ambr. ℈ iv. croc. ℥ ß. succ. coral. magist. parlar. ana ℈ j. ß.

M. Digestione per mensem denuo facta, adde

Quint. eſsent. sol. ℈ j. ß.

M. Tollit omnes dolores, interne, & externe.

477. *Specificum Lucii piscis ad Unguem oculorum Hertmanni.*

℞ Fellium Luciorum q. v.

Destilla in cucurbita, usque ad craſsitiem, in aqua destillata solve aliquid Camphoræ, & postea serva.

Craſsitiem relictam cum sp. vini extrahe, & sp. vini vicissim ab extracto per destillationem separa, hujus extracti, & salis Saturni, an gr. j. dissolve in prioris aq. gutt. iij. vel iv. ac cum pluma in oculorum mane, & vesperi immitte, videbis felicem succeſsum.

478. *Spiritus Acusticus J. H. Jungken.*

℞ Rad. helled. alb. Rad. cyclamin. Rad. porri, ana ℥ ß. summ. origan. summit. major. ana P. j. Fl. lavend. fl. anthos, ana P. ß. castor. el. nuc. mosc. sem. cumin. sem. carv. ovor. formicar. milleped. ana ʒ ij. bacc. laur. N. vi.

fell. luc. piſc. ʒ ij. ſpir. junip. q. s. ut 4. digitos emineat. Facta digeſtione, flitra.

In dolore applicetur hic ſpiritus cum pane calido rec. e clibano extracto, cui bacc. laur. incoctæ ſint, interjecto circulo ex panno lineo confecto, ne aduratur Auris.

479. *Spiritus Anticolicus D. Fr. Dekkers.*

℞ Rad. angelic. ʒ vj. Rad. galang. Rad. zedoar. ana ℥ ß. fol. baſilic. fol. majoran. nob. ana M. j. fol. ſalv. fol. rut. hortens. ana M. ß. ſummit. fœnic. Fl. lavend. Fl. chamom. Rom. ana M. ij. bacc. laur. lavend. cort. aurant. ana ℥ ij. ſem. anis. ſem. cerv. ſem. fœnic. ana ℥ j. ſem. leviſt. macis, ana ℥ vj. nuc. moſc. caryo. ana ʒ ij. Conc. atque con. affu. Vin. hiſp. ſtop. ii. ſpir. vin. opt. ſtop. i. ß.

Digerantur per quatriduum in M. B. tumque ſpir. leni calore abſtractus reaffundatur magmati, & iterum per triduum digeratur; tumque per M. B. ſpiritus ad piantas ſex, vel ſeptem abſtrahatur; reſiduo affund. vin. & aqua com. ana q. s. digeratur iterum, & abſtrahatur tam diu, quam diu aromaticum ſaporem retinet.

480. *Spiritus Antinephriticus D. Barbette.*

℞ Rad. ononid. Rad. ſaxifrag. alb. ana ℥ j. Rad. liquirit. ℥ ß ſang. hirci ʒ vj. ocul. cancr. contus. nuc moſchat. cinnamom. ana ℥ j. croci or. ʒ iij. caryophill. ʒ ij. terebinth. Argentin. ℥ xv. ſp. vini malvat. ℔ v.

Conciſa, & contuſa, ſtent in infus. per 14. dies.

Poſtea per B. M. diſtillentur. Dos. Cochleare unum, vel alterum, jejuno ſtomacho, bis, vel ter in die.

481. *Spiritus Antipodagricus J. H. Jungken.*

℞ Salis tartari, acet. deſt. imp. Calcis viv. an ℔ j.

Ab his ſpiritum vin. q. s. aliquoties abſtrahe, tunc add. ſilic. cum ſale tartari calcinat. ℔ j. ſalis urinæ volat. ℥ iv. camphor. ℥ iij.

Miſce omnia, ut fiat maſſa ſicca, ſi non ſufficiat calx viva, adde tantum ſilicum pulv. q. s. tum rætortæ immiſſa, deſtilla per gradus, ultimo forti igne, maximo adhibito recipiente, & prodit liquor, in dolore podagrico ſummæ efficaciæ.

482. *Spiritus Anciscorbuticus compositus Rosin. Lentilii.*

♃ Herb. cochlear. cum tot. q. v. prævia fermentatione l. a. destill. spirirum hinc.

♃ Sedis minor. m. j. raph. rustic. ℥ iv. rad. ari. ʒ ij. cort. VVinteran. ℥ iij.

Conc. cont. superfunde priorem spiritum, & destill. 3. Post.

♃ Herb. nasturt. aquat. herb. trifol. fibrin. herb. chelid. min. ana m. ij.

Affunde priorem spiritum contusis, & iterato destillat. Dos. ʒ ji. ℥ ß.

483. *Spiritus Apoplecticus D. Mœbii.*

♃ Fol. lil. convall. ℔ vj. cinnamom. ℔ j. zedoar. ℔ ʒ. croc. ℥ j. maccis, caryoph. ana ℥ ß.

Digere in Petri Simonis q. s. per mensem, destill. per vesicam spiritum, quem serva. Tum

♃ Rad. valerian. rad. vincetox. rad. pœon. ana ℥ ij. fol. meliss. fol. rarismar. fol. botryos ana m. iij. Fl. thiliæ m. vi. Fl. uvar. Fl. lavendul. Fl. spic. Fl. salv. Fl. thym. ana m. j.

Misce, materia in spiritu superiore per mensem, clauso vase, & bene munito, postea destilla per vesicam, addendo iterum aliquid de Petro Simone q. s. Tandem rectifica in M. B. super ambr. mosch. & camph. & habes spirit. mirandarum virtutum.

484. *Spiritus Bezoardicus D. Buffii.*

♃ Sp. Ung. alcis. sp. CC. ana ℔ j. sp. baccar. Junip. ♃ ij. ol. dest. succin. alb. ℥ j. sal. CC. sal: vol. succin. alb. ana ℥ ß.

M. simul, destillentur ex Alambico. Dos. gutt. xxx.

485. *Spiritus Diaphoreticus Antifebrilis.*

♃ Rad. angel. rad. imperator. rad. valerian. rad. contrayerv. rad. zedoar. ana ℥ j. rad. dictamn. alb. rad. aristoloch. rot. rad. chelib. maj. ana ʒ vj. fol. card. bened. fol. scabiof. fol. rut. fol. scord. ana m. j. fol. meliss. fol. dictam. cret. ana m. ſ. flor. hyperic. flor. calend. flor. sambuc. ana par iij. bacc. junip. racc. taur. cort. guajac. cort. ling. sassaf. ana ℥ ß. cort. citr. cort. aurant. exter. ana ʒ v. sem. siler. mont. sem. apii, ana ʒ ij. croc' opt. ℥ ß. nuc. mosch. myrrh rub. cardam. maj. ana ʒ iij. opii. correct. ℥ ſ. cinnam. acut. ℥ iij.

Conc. atque simul cont. affund. Spir.

Spir. tartari ʒ iij. spir. vin. rad. angelic. affus. & abtract. ℔ xviij.

Macerentur simul per octiduum in M. B. vasis optime clausis, deinde colentur, colaturaque ad usum servetur.

Sudores blande, sed tamen copiose provocat; in Febribus maxime conducit.

486. *Spiritus ad Menstrua cienda singularis. D. Fr. Dekkers.*

♃ Rad. aristoloch. rotund. rad. bryon. rad. acori, rad. angelic. ana ʒ ij. fol. rut. fol. sabin. fol. puleg. fol. artemis. ana m. ß. Fl. calendul. Fl. cheir. ana P. ij. laur. ℥ ß. sem. levistic. sem. dauc. ana ʒ ij. myrr. rubr. ʒ j. ß. assæ fœtid. castor. ana ʒ j. Concil. & contus. affundatur.

Spir. vin. pint. j. aq. puleg. ℥ viij.

Post macerationem per biduum spiritus per alembicum ex arena abstrahatur, destillataque adde Spir. Salis ammoniaci ʒ ij. m.

Universalibus præmissi, hic spirit. ollæ vitreæ, patellæve inditus, carbonibusque vivis impositus, halitibusque inde elevatis, tritorii ope acceptis, ad Menstrua cienda per quam pollens.

487. *Spiritus Odontalgicus J. H. Jungken.*

♃ Cort. rad. mandrag. ʒ ij. sem. hyoscyam. sem. papav. alb. ana ℈ iv. Fl. lavend. Fl. papav. errat. ana ʒ ij. sem. staphysagriæ: rad. pyreth. caryoph. oliban. ana ℥ ß. camphor. croc. ana gr. xv. opii elect. ℥ ß. spiriti vin. rectif. ℥ x.

Infunde cer tempus, postea exprime, & filtra, ac de hoc spiritu contineatur cochlear in ore.

488. *Spiritus Otalgicus D. Barbette.*

♃ Ovor. formicar. maj. N. 100. castor. pulpæ colocinth. ana ʒ j. majoran. sabinæ, absinth. rutæ, ana m. j. sem. cumini, rem. anisi, sem. carvi, sem. fœniculi, ana ʒ iij. baccac. lauri excort. baccar. Junip. ana ℥ ß. cort. mali punici ʒ vj. Rad. helleb. nig. Rad. cyperi rot. Rad. raphani min. Rad. cyclamin. ana ℥ j. cepar. mediocr. N. vii. amygd. amar. ℥ ij.

Infusa per 14. dies in s. q. spir. vin. rectif. destillentur in B. M.

Hujus guttæ 2. mane, & vesperi, in aurem instillatæ, mira præstant.

489. *Spiritus Panchymagogus Kyperi.*

℞ Trochisc. alhand. ℥ j. scamon. gumm. gut. ana ℥ iij. Affunde spiritum anis. stent in digestione.

Purgat per secessum, & vomitum. Dos. ℥ j.

480. *Spiritus Paralyticus D. Screta.*

℞ Adipis human. adip. canis. olei laur. express. ana ℥ iv. succin. flav. myrr. rub. ana ℥ ij. galban. thur. ana ℥ j. spiritus vin. rectif. ℥ vj.

Destill. per retortam in B. arenæ prius igne leni, postea fortiori, donec omnis humor transcenterit, oleum hoc destillatum cum suo spiritu adhuc semel in cucurbita rectif. Hinc spiritus, & oleum simul ad usum serventur.

491. *Spiritus Salutis Maxuelli.*

℞ Spir. vin. potentiss. ℔ j. fol. senn. elect. ℥ ij. jalap. resin. ℥ helleb. nigr. præp. ʒ vj. ol. fœnicul. ol. anis. ana gutt. aliquot.

Fol. senn. & helleb. contudantur, jalappa vero minutim incidatur, & macerentur omnia per 14. dies, tunc exprime, & adde iterum tantum novarum specierum, quantum prius addidisti, & ut prius procede, digestione repetita, & colatura facta, si placeat, adhuc semel adde novas species, & ut prius procede, tunc spiritum expressum colatum pro usu asserva. Dosis ab ℥ ß. ad ℥ s.

492. *Spiritus Sudorificus Felic. VVirzi, Chirurg.*

℞ Spir. vin. ab omni phlegmate sequestrati ℔ j.

Infunde vitro angusti orifici, & adde

CC. raspat. ℥ vj. myrr. pulv. ʒ j.

Obturetur orificium, & stent ita per octiduum, postea destill. spirit. a fœcibus; destillatum adfunde fœcibus, & iterum destilla, & sic tertio repetatur. Hic spiritus postea reservetur in alio vitro angusti orificii, cui imponatur myrrh. pulv. ℥ j. CC. raspat. ℥ ij. mithridat. ℥ ß. camphor. ʒ ij. Probe muniatur orificium, & usui servetur.

Dosis ℥ j. ß. ℥ ij. ℥ iij. ℔.

493. *Spiritus Vitæ aures D. Rulandi.*

℞ Pulp. colocynth. ℥ v. gumm. bdel. gum. tragacanth. gum. Arab. ana ʒ j. ß. rhabarb. elect. cinnamom. acut. ana ℥ ij. sp. vin. opt. ℥ xviij. vin. malvat. ℥ viij. M.

Stent in infusione in loco calido per triduum, vitro be-

bene clauso, & obturato, dein exprimatur fortiter. coleturque per chartam. Dos. a ʒ ij. ad ℥ ß. & ultra.

494. *Spiritus Vomitivus D. Isaac. Roet.*

℞ Nicotian. opt. bene incis. ℥ iv. scill. ℥ ij. nuc. mosch. ℥ ß. aquæ fontan. ℔ ij. aceti vin. alb. ℔ j.

Misceatur invicem, ac primo fiat maceratio frigida per aliquot horas, dein destillatio per alembicum, postremo cohobetur destillatio bis, terve cum recentibus nicotian. scill. & nuc. moschat. recenter maceratis.

Pro Dosi, minima fere quantitas sufficit. Saccar. albiss. puriss. ad gratiam edulcorati potest.

495. *Spiritus Uterinus J. H. Junghen.*

℞ Rad. angelic. rad. zedor. ana ℔ ij. Herb. meliss. rec. M. vj. herb. puleg. herb. levist. ana m. v.

Incisa infunde cum Vin. generos. Mens. iij. tum destilla, & pro lubitu rectifica.

496. *Succus Sternutatorius D. Fr. Dekkers.*

℞ Fol. majoran. virid. rec. fol. beton. recent. fol. anagallid. ana q. v. Conteratur, & exprimatur succus.

℞ Hujus succ. express. ℥ ß. Cui immisceatur.

Castor. subtiliss. pulv. ℈ j.

Gossypium hoc inebriatum, Maniacorumque, & Lethargicorum naribus inditum, a multis pro singulari specifico habetur.

497. *Sulphur Lunæ Sennerti.*

℞ Argenti purissimi tantum, quantum videbitur, solve in aq. fort. comm. deinde calcina Tartarum, cui affunde aq. calentem, & vulgari via Sal Tart. ejice. filtra lixivium hoc sale Tartari imprægnatum, & injice dissolutum, & præcipitabitur in forma subtilissimæ Calcis calcem hanc frequenti aq. calentis affusione edulcora, & salsedine libera. Tum intra prunas in tigello triquetro colloca, ut colorem assequatur puniceum Calci affunde acetum ter destillatum, & extrahatur sulphur coloris cœrulei, acetum tinctum separa, & aliud substitue, dum nihil aliud amplius extrahatur, abstrahe in cineribus, per alembicum, acetum, & sulphur lunæ manebit in fundo. Jam

℞ Sp. vini subtil. P. j. sal Urinæ P. ß.

M. probe, & in balneo vaporoso collocata invicem uni-

uniantur, hinc ſulphuri lunæ ea ſuperfunde, & denuo hoc ſolvatur, ſolutum vaſi circulatorio inditum per 30. dies circuletur, poſtea in cucurbitam non nimis amplam circulatum liquorem transfer, & ex arena deſtilla forti igne, ſic ſulphur lunæ cum ſpiritu ana aſcendit per alembicum coloris cœrulei, hoc poſtea cum extracto Caſtor. Dos. gr. vi. vel viij. miſcendum, & in aq. ſalviæ, majoran. roriſmarin. quotidie exhibendum.

Eſt medicamentum Cephalicum, ſeu caput confortans præſtantiſſimum.

498. *Syrupus Adſtringens D. Fr. Dekkers.*

℞ Fol.menth. criſp. Fl. balauſt. Fl. roſar. rubr. ana ℥ j. bac. myrt., cort. quercin. ana ℥ j. ß. roſar. lign. ſantal. rubr. ʒ x. cinnamom. acut. caſſiæ lign. ana ʒ vj. Conc. & cont. affund. Aq. pluvial. calid. pint. iij.

Coq. s. a. vaſi optime clauſis ad tertiæ partis conſumptionem fortiter per pannum denſum expreſſo, adde

Sacchar. clarificat. & ad conſiſtentiam tabularum coct. q. s.

Pro Syrupo.

499. *Syrupus Aperiens D. Sennerti.*

℞ Rad. aperie. ℥ j. rad. cichor. rad. pimpinellæ aaa ℥ ß. cort. frangulæ, cort. ſambuci, ana ℥ v. herb. cuſcutæ, herb. capil. vener. herb. agerati, herb. agrimon. ana m. j. herb. linariæ, herb. card. bened. herb. chamædr. herb. centaur. minor. Fl. geniſtæ, ana m. ß. ſem. carthami, ſem. geniſtæ, aquileg. ana ℥ ß. Inciſa, & conquaſſata, infundantur in vaſe arcto clauſo in s. q. aq. ſimpl. & aceti ſquill. ℔ j. per dies 3. in B. M. poſtea colentur, & addatur

Succi endiviæ, ſucci fumariæ, ana ℔ ß.

Et iterum addito albumine ovi. per dies 3. digerantur, & colentur; tandem adde

Sacch. clarif. & ad juſtam conſiſtentiam cocti q. s. F. Syrupus.

Commendatur ad obſtructiones hepatis.

500. *Syrupus e Calybe Mercati.*

℞ Scoriæ chalyb. præp. ℥ xij. Paſſul. s. arillis ℔ ij. Infundantur per dies 3. in ℔ vj. aquæ, & in fine bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, & tunc adde

Origani, ameos, ana P. j.

Bul-

Bulliant parum, & colentur, & ex colatura cum s. q. ſacch.
F. Syrupus, cui incoquito in ligatura croci ʒ ij.

501. *Syrupus Diacolocynthidos D. Jo: Freitagii.*

℞ Turpeth. gummos. pulp. colocynth. ana ℥ j. ß. fol. ſennæ Alex. mundat. ℥ ij. ß. epithym. fumar. ſcabioſ. ana P. j. ß. cinnamom. acut. zingib. alb. ana ʒ j. ß. caryoph. ʒ j. maſtich. ℈ ij.

Affund. aquæ fumar. part. ij. aq. cinnamom. part. j.

Macerentur horis 24. in calido M. B. dein colentur ſine forti expreſſione, & ſpeciebus novas affunde aquas, donec omnem tincturam extraxeris, tincturas miſce. & per chartam tranſcola, donec fœces, & viſcoſitas omnis ſeparatæ ſint; dein adde

Sacchar. albiſſ. part. ij. ſyrup. roſat. ſolut. uncias aliquot.

Coq. in leni balneo, & deſtillando dein, ſepara liquorem ad conſiſtentiam ſyrupi.

Maxime hic Syrupus ab ℥ j. ad ij. exhibitus, commendatur in iſchiade, articulorum doloribus, hydropicorum aquis educendis, cerebrique, & nervorum malis pertinacioribus.

502. *Syrupus Exhilarans D. Schillingii.*

℞ Succ. borrag. ſucc. bugloſſ. ana ℔ j. ß. ſucc. pomor. redolent. ℔ j. ſucc. meliſſ. ℔ ß. ſucc. gran. cherm. ʒ ij. lign. aloes ʒ j. ſantal. citr. ℈ ij. ſpec. diamarg. frig. ʒ ß. ſpec. diambr. ℈ ij. ſacch. albiſſ. ℔ ij. M. f. l. a. Syrupus.

503. *Syrupus Gemmatus Patavinus.*

℞ Gleɛt. de gemmis, confect. de hyacinth. ana ʒ ß. confect. alkerm. ʒ iij. margar. præp. ℥ ß. cort. citr. roſar. rubr. lign. aloes rad. dracont. ana ʒ ij. aq. Fl. citr. ℥ ix. aq. ſcorzoner. ℥ ij. ſucc. citr. ℥ j. ß.

Infund. per 24. horas colentur, & exprimantur, adde Sacch. ſin. ℥ viij. moſch. ambr. ana gr. 10. M.

504. *Syrupus Hypochondriacus D. Georg. Nosleri.*

℞ Rad. 5. aperitiv. ana ʒ iij. rad. polypod. rad. cent. minor. cort. tamariſci, cort. cappar. cort. frangul. inter. ana ℥ ß. herb. cichor. herb. acetoſ. herb. bugloſ. utrioſque herb. ceterach. herb. fumar. herb. meliſſ. Fl. 4. cordial. ana M. j. Fl. tunicæ, Fl. lil convall. Flor. geniſt. Fl. ſambuc. ana P. j. Sem. anis. ʒ ij. ß. ſem. ci-

tri, sem: endiv. sem. portulac. sem. ocym. sem. carth. conquass. ana ℥ ß. passul. min. fol. senn. el. ana ℥ iv.

F. Ebullitio in ℔ j. ß. aq. comm. & ℔ ß. vin. alb. per horam in M. B. vase clauso, & in expressione infunde per 24. heras loco tepido, & vase, iterum diligenter clauso, adde

Fol. senn. el. mechoacan. nigr. ana ℥ j. ß. crem. tartari ℥ ß.

Deinde fortiter exprimantur cum sacch. q. ß. ad consistent. Syrup. adde

Muschar. rosar. q. s. F. l. a. Syrupus.

505. *Syrupus de Iva arthetica D. Sennerti.*

♃ Ivæ arthet. m. ij. salviæ, majoran. rorismar. polip. origani calaminth. mentrasti, pulegii, hyssoq. thymi, rutæ, sylv. & domest. betonicæ, serpilli, ana m. j. Rad. acori veri, rad. aristoloch. rad. peucedau. rad. valerian. rad. bryonrad. gentianæ, rad. dictamni, ana ℥ ß. rad. fœniculi, rad. petroselini, rad. apii, rad. asparag. rad. rusci, ana ℥ j. Stœchad. arab. sem. anisi, fœniculi, sem. ligustici, sem. ameos, sem. carvi, sem. siler. mont. ana ʒ iij. rad. pyrethi ℥ ß. passul. ℥ ij.

Bulliant omnia in justa qnantitate aquæ ad consumptionem quartæ partis. inde colentur; & cum mell. q. s. F. Syrupus.

Commendatur ad Paralysin.

Dos. ℥ j. ad ℥ j. ß. cum aqua idonea sæpe exhibitns.

506. *Syrupus Magistralis aperiens, & purgans Riverii.*

♃ Succ. rec. express. & per residentiam depurator. ℔ x. fol. endiviæ, fol. cichor. sol agrimon. fol. fumar. fol. luculor. fol bugloss. ℔ iij. succi pomor. redol. rec. expr. & depurat. ℔ ij. sennæ mund. ℥ vj. epithymi ℥ ij. rhab. el. agaric. rec. trochisc, ana ℥ j. macis, caryophyllor. ana ʒ ß.

Infundantur, & decoquantur, ut artis est, donec colaturæ supersint quart. v. in quibus dissolve sacchari alb. quart. v.

F. Syrupus perfecte coctus.

Dos. ℥ iij. semel, aut bis in mense, vef pro necessitate.

507. *Syrupus Magistralis D. Stapedii.*

♃ Suc. rad. irid. nostrat. vin. alb. ℔ j. Succ. rad. eryng. succ. fol. succ. petrosel. fol. fœnic. ana ℔ ß. Hera. soldanell. m. iv. herb. eupator. canab. herb. menth. crii.

hera.

herb. absinth. pont. ana m. ij. rhabarb. elect. ℥ ij. cinnam. acnt. ℥ ß. sem. ebul. rec. sem. alkekeng. ana ℥ ij. In phiala vitrea bulliant lento igne ad medium, colentur, colaturæ adde Sacchar. ælb. ℔ j.

M. F. Syrupus. In Hydrope maxime convenit.

508. *Syrupus Mastichinus ad Ventriculum roborandum Grulingii.*

♃ Mastich. alb. el. ℥ iij. aq. menthæ ℥ viij. aq. rosar. sar. ℥ vj. vini alb. ℥ ij. Coq. s. a. & cum facc. ℔ j. F. Syrupus.

509. *Syrupus ad Oris fœtorem A. G.*

♃ Succ. pyrol. ℔ j. sacch. q. s.

F. l. a. Syrupus, adde

Ambr. ʒ ij. castor. ℥ j. zibeth. mosch. ana ʒ j.

M. ad lentum ignem.

Sumitur cochlear. j. & per triduum continuatum, totum corrigit oris halitum.

510. *Syrupus Pautaleonis ad Dysenteriam.*

♃ Myrobal. cheb. ℥ j. ß. myrob. citr. ʒ j. passul. cum arillis contrit. ℥ ij.

Coq. in ℔ iij. aq. simpl. chalybeat. ad ccnsumptionem medietatis, in colat. dissolve sacch. q. s.

Aromatizetur pulv. cinnamom. grosso modo contus. ℈ vj.

Purgat, & anstringit.

511. *Syrupus e sanguine cicher. & chamædryos av Sanguinem depurandum, obstructiones reserandas, & hepar refrigerandum D. Riverii.*

♃ Ap. cich. in B. M. parat. q. v. fol. cichor. Part. ij. fol. chamædr. Parl. j.

Macerentur simul, & digerantur per triduum in B. M. postea exprimantur, liquori adde nova folia cichor. & chamœdr. digerantur iterum per triduum, deinde exprimantur, & infusiones illæ octies, vel decies repetantur, liquor evadet rubicundus instar sanguinis, cui add. sacch. parem liquori quantitatem, & F. Syrupus.

512. *Tabellæ Hæmoptoicæ Plateri.*

♃ Sem. hyoscyam. alb. subtil. pulv. ℈ ij. corall. rub.

ʒ ß.

ʒ ß. gumm. arab. ℈ j. violar. rec. N. x. succi berber. ʒij. sacch. in aq. rosar. & plantag. solut. ℥ ij. F. Tabellæ. Mane, & vesperi per multos dies sumendæ.

513. *Tabellæ Liberantes Ferd. Imp.*

℞ Cinnam. elect. ʒ ij. rosar. rub. sem. portulac. rasebor. coriand. præp. ana ʒ j. ß. CC. præp. sem. Citri, sem. aurant. sem. limon. excort. ana ʒ iij. lign. aloes. nuc. moschat. macis, sem. anisi, sem. bombac. excort. gran. junip. exacinat. rad. tormentillæ, flor. tunicæ, herb. morsus diabol. ana ʒ ij. dictam. Cret. dictam. vulgar. scabios. borrag. bugloss. ana ʒ ß. oss. de cord. C. N. ij. boli armen. præp. ʒ ij. trium santal. ana ℈ j. margar. smaragd. saphyr. hyacinth. granat. ana ʒ ß. F. omnium Pulvis.

Cui adde sacch. in aq. scord. solut. q. s. F. confectio in Morsulis quovis tempore assumenda.

514. *Tabellæ pro Notricibus infantes epilepticos lactantibus D. VVillis.*

℞ Pulv. rad. Pœon. maris ℥ ij. pul. sem. ejusdem ʒ j. sacch. in aq. flor. Thiliæ solut. & ad debitam consistentiam coct. ℥ iij. ol. succin. ℈ j.

F. l. a Tabellæ. Pendeant singulæ ʒ ß.

Comedat qualibet extra hora unam, & debita victus ratione utatur.

515. *Tabellæ de Scammonio D. Sylvii.*

℞ Crystall. tartar. ℥ j. ß. diagrid. ʒ iij. ol. cinnamom. gutt. vi. sacc. alb. in aq. rosa. solu. ℥ viij. M. F. s. a. Tab.

Hæ tabellæ infantibus, puerisque, & alias delicatulis dari possunt convenientissime, cum earum dosis summa sit a ʒ iij. ad ℥ ß. infantibus a ʒ ß. ad ℥ j. & adolescentibus ad ʒ ij.

516. *Theriaca Antimoniata chemica D. Rolfincii.*

℞ Theriac. opt. ℥ ß. bezoart. mineral. antimonii diaphoretic. CC. phil. calcin. magist. corall. rubr. magist. ocul. cancr. magist. perlar. lact. sulphuris, Flor. sulphuris ter sublimat. ana ʒ j. salis CC. volat. cinnam. calin. an. ʒ j. extaract. opii cum succ. lim. vel spiritu vini parat. lilior. conv. acor. ver. vitr. spir. CC. spir. vitrioli, ol. CC, ol. lign. sant. bals. sulphuris, tinct. corall. tinctur. lunæ.

mixtur. antipeſtif. compoſit. Rolfinc. Elix. Propriet. an. ℥ ij. myrrh. rad. angelic. rad. zedoar. bacc. laur. extract. bac. laur. rob. ſamb. & vin. q. s. ad incorporationem.

M. f. Electuarium.

Dos. gr. iij. iv. ℈ ß. vel quantum cuſpide trahitur.

517. *Tinctura Antifebrilis D. Corn. a Bontekoe.*

♃ Cort. chin. chin. ℥ ij. rad. gentian. herb. abſinth. herb. card. ben. herb. cent. min. an. ℥ iv. bacc. laur. ℥ ij. aloe: ℥ ß. vin. Hiſpan. ℥ lx. F. Tinctura.

Dentur ℥ iv. ad ℥ v. ante paroxyſmum.

518. *Tinctura Antihyſterica D. Fr. Dekkers.*

♃ Rad. leviſtic. rad. ariſtoloch. rotund. rad. imper. an. ʒ iij. fol. rut. fol. menth. fol. puleg. an M. j. ß. fol. ſabin. M. j. Fl. lavend. Fl. chamom. Rom. an. P. ij. ſem. leviſt. ℥ ß. bacc. laur. ℥ j. myrrh. rubr. nuc. moſch. an. ʒ ij. croc. opt. caſtor. elect. an ʒ j. ß. cort. aurant. ʒ iij. Con. & con. affun. Vin. Gall. pint. vj. ſpir. vin. pint. iij.

Poſt ſufficientem digeſtionem, per alembicum extrahatur ſpiritus, qui affundatur Gran. actes ℥ iij.

Hæcque Tinctura s. a. parata uſui ſervetur.

519. *Tinctura Antiparalytica D. Sennerti.*

♃ Primul. veris, Salviæ, an M. j. Flor. lil. convall. fl. ſtœchad. arab. fl. levend. flanthos an. M. ß. caryoph. nuc. moſch. galang. cinnam. cubeb. gran. Paradis. lig. aloes an. ʒ iij. rad. acori veri, rad. ireos, rad. pœn. an. ℥ j. ß. ſem. fœniculi ſem. aniſi, ſem. filer. mont. ſem. pœon. an. ʒ j. ſpec. diambræ ſp. diamoſchi dulc. an ʒ ij.

Affundatur ſp. vini opt. rectif. tantum, ut ad manus latitudinem vel etiam plus emineat, ſtent in infuſ. diebus aliquot, in vitro clauſo, & ſingulis diebus agitentur, poſtea ſp. vini, qui vim ſpecierum inbibit, per inclinationem effundatur. Dos. ℥ ß.

320. *Tinctura Antipleuritica D. Timæi.*

♃ Flor. papav. errat. M. ij.

Affunde aq. Taraxac. aq. ſcab. aq. card. bened. an. ℔ j. aq. hederæ terreſtr. ℔ ß. ſp. ſulph. q. s. ad gratiam.

Miſta ſtent in loco calido per horas 7. filtratis adde Syr. e Flor. papav. errat. ℥ iij. ſucci ſanguiſorb. depur. ℥ ij. M.

521. *Tinctura Aſthmatica D. Dolæi.*

℞ Flor. roſar. rub. P. j. affunde aqu. veronicæ, & Fl. l. a. Tinctura.

℞ Hujus Tinct. ℥ vj. aq. aſthmat. ℥ j. elixir. vitæ Matth. ℥ ij. M. detur cochleatim.

522. *Tinctura Balſamica ad Arthritidem vagam ſcorbuticam D. Fr. Dekkers.*

℞ Spir. lumbric. terreſt. ℥ v. ſpirit. ſal. armon. ℥ ß. ſpir. cochlear. ʒ ij. in quibus diſſolve ſapon. venet. ℥ ij. camphoræ ʒ vj. opii ℈ ij. croci ℈ j.

N. digere per aliquot dies, & noctes, poſtea filtra, & in vitro optime clauſo uſui ſerva; poteſt cum linteo prius calefacto parti affectæ applicari.

523. *Tinctura Balſamica D. Mollembrocii.*

℞ Spir. lumbric. ʒ x. ſpir. ſalis armon. ʒ j. ſapon. ven. concis. ℥ ß. camp. ʒ j. ß. opii Thebaic. gr. v. croc. gr. iij. Miſc. Diger. & filtra.

524. *Tinctura Bezoartica Cratonis.*

℞ Vini malvat. ℔ viij. Deſtilletur octies ex M. B. lente, in hoc ſpiritu alcoolisato infunde

Rad. tormentillæ, rad. ſerpentariæ, an ℥ j. rad. angelicæ, rad. zedoar. an. ℥ ß. cort. citri, cinnamom. an. ℥ j.

Per tres dies. Quo facto Tincturam aufer per expreſſionem, & in qua infunde

Sper. ceti rec. ambr. gris. an. ʒ ß. rhab. el. ʒ j. moſ. ʒ j.

Vaſe optime clauſo ſervetur hoc divinum auxilium pro uſu. Cujus gutta una cum ſacc. roſato æſtivo tempore, in hyeme verum in mica panis intincta uſurpetur.

525. *Tinctura Bezortica D. VVedelii.*

℞ Rad. zedoar. rad. gent. ver. Rad. angelic. Rad. anthos, Rad. contrayerv. Rad. carlin. Rad. biſtort. Rad. dictamn. alb. Rad. tormentill. Rad. ſcornon. ital. mont. Rad. vincetox. olſnit. an ℥ j. Fl. galeg. Fl. ulmar. Fl. calend. Fl. ſcabioſ. Fl. rut. an. ℥ ß. ſem. fraxini, ſem. car. ben. ſem. aquileg. ſem. rut. ana ʒ ij. bacc. parid. ℥ j. ß. cub. gran. Kerm. cpobals. an. ℥. ß. cort. citr. ʒ vj. camphor. myrrh. el. an. ℥ j. croc. ʒ. j.

Conc. & cont. gr: m. affund. ſpirit. bezoar. ſeu ſambuc.

citratum, ( e fl. sambuc. & corticibus citr. ) q. s. Cum per aliquot dies steterit in leni digestione, adde

Spir. salis striati ℥ ij. spir. santal. rub. ℥ j. ß.

Tinctura saturata decantetur, & exprimatur, servanda ad usum. Miscetur per succum subduplo, vel subtriplo Mixt. simpl. & Tinct. anodyn. gutt. aliquot. cum aliis vero pro indicationum modulo varie.

526. *Tinctura Bezoartica VVratislaviensis.*

♃ Carrolinæ, zedoar. gratian. angelic. tormentillæ, bolet. cervin. ani ℥ j. trium santal. ℥ j. camphor. ℈ ij. mosch. ℈ j. Theriac. mithridat. an. ℥ iij. sp. vini ℔ iij.

F. infusio per 30. dies in loco calido. Colatura usui servetur.

527. *Tinctura Catholica D. Fr. Dekkers.*

♃ Rad. jalap. ℥ ij. rad. ellebor. nigr. fol. sennæ mundat. an. ℥ j. ß. rhabarb. opt. ℥ j. scammon. elect. ℥ ij zingiber, alb. cinnamom. acut. sem. fœnicul. an ℥ j. ß.

F. Pulvis crassus, cui affundantur Spir. vin. opt. q. s. Ponantur simul, vasis optime clausis, in arena, ut Tinctura extrahatur, quæ tum decantetur; novusque vini spir. affundatur, idque bis, terve ad minium repetatur, aut toties, donec omni Tinctura ex speciebus carthartieis pharmacis sit extracta.

528. *Tinctura China-chinæ Ejusdem.*

♃ Cort. chin. chin. ℥ iij. rad. hellebor. nigr. ℥ vj. rad. serpent. virgin. fol. senn. mundat. an. ℥ ß. fol. sabin. M. j. flavend. cort. aurant. ℥ v.

Conc. atque cont. affund. Sp. vini pint. iij.

Stent in loco calido, vasis optime clausis, per biduum. Dos. mane, & vesperi cochlearia duo.

529. *Tinctura Coclearia, ad Melancholiam hypocond. D. Glanzii, S. C. Maj. Med. Ord.*

♃ Herb. usmariæ, herb. cochlear. herp. chamædr. herb. absinth. an. M.iij cort. aurant. exsiccat. spec. diapler. Archont. an. ℥ vj.

Digerantur in Spiritu sambuc. & cochlear. an. q. s. ad extrahendam Tincturam, postea colentur forti expressione. In colatura iterum infundantur priores herbæ, & species, tocque ter, vel quater repetatur ultimo clarificato per residentiam, adde.

Spi-

Spiritus filicis, spirit. Cochlear. an. ʒ iv. ß. Tin. Tartari antimoniat. ʒ ix.

M. Servetur in alembico bene clauso.

Dosis gutt. x. ad xv.

530. *Tinctura Emetica D. Corn. a Bontekoe.*

♃ Vitri Antimonii pulv. ℥ ß. cin. ℥ j. vin. Cal. ℥ xx. Extrahatur Tinctura, & filtretur.

Dos. ℥ ß. ℥ j. ℥ j. ß.

531. *Tinctura radicis Nisi, vel Ninsi.*

♃ Rad. ninsi ℥ ij. rad. pœon. rad. angelic. ana ʒ iij. fol. majoran. M. ß. fl. rorismarin. fl. hyperic. stœchad. arab. an. P. ij. summit. lavend. P. j. bacc. junip. rec. ʒ vj. sem. anis. ʒ ij. castor. opt. dr. ß.

Conc. atque cont. affund. Sp. vin. rectif. pint. iij.

Vasis optime clausis infund. ac digere in arena tepida per octiduum, & Tinctura usui servetur.

Commendatur maxime in Paralysi ex colica, vel post colicam biliosam.

532. *Tintura Stomachica D. Dekkers.*

♃ Rad. enul. campan. ℥ j. ß. rad. zedoar. ℥ j. rad. calam. aromat. rad. angelicæ, rad. galang. an. dr. vj. rad. zingiber. rad. liquir. an. ℥ ß. lign. aloes dr. v. fol. menth. crisp. M. ij. bacc. junip. ℥ j. bacc. laur. sem. fœnic. an. ℥ ß. sem. anis. sem. carv. an. dr. iij. cort. VVinter. dr. vj. cinnamom. acut. santal. rubr. an. ℥ j. piper. nigr. extrem. cort. aurant. cardamom. min. nuc. mosch. an. ℥ ij. Conc. atque crasse cont. affund. Sp. vin. rhenan. stop. j. ß.

Misceantur per octiduum, tumque Tinctura decantetur, & iterum affund. pir. vin. rhenan. pint. iij.

Digerantur per octiduum, Tinctura decantetur, ac priori Tincturæ affundatur, & usui servetur.

533. *Tinctura Stomachica D. Stokhameri.*

♃ Croc. austr. aloes succotrin. myrrh. el an. ℈ ß. cort. aurant. extim. ℈ ij. rad. ari gr. xij. conserv. fl. tunic. dr. confect. alkerm. compl. ℈ iv.

Incis. misce, & irroretur cum Spiritu Vitrioli gutt. x. tunc superfunde Elix. vit. Matth. ℥ iij.

Stent in vitr. bene clauso, aq extract. Tincturæ, quam

 filtra,

UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospital

filtra, & adde Essent. embr. lib. ℈ j. M.

534. *Tinctura Traumatica D. Screta.*

℞ Sanic. virid. ℥ iv. summit. veron. summit. fœnic. bacc. junip. immat. an. ℥ iij. rad. helen. rad. symphyt. fol. rut. fol. chamædr. fol. rorismar. rapont. ver. ℥ ij.

Concis, omnia excipiantur butyr. recent. non salit. ℔ ij. & per 8. dies, & noctes soli exponantur; affund. postmodum aquæ sanicul. Mens. j. bulliant ad consumptionem aquæ, exprime fortiter, & usui serva.

535. *Tragea ad Apoplexiam Langii.*

℞ Majoranæ, betonicæ, salviæ, roris. lavendulæ, Meliss. stœchad. an. ℈ j. nuc. mosch. cinnam. coriand. præp. an. ʒ ij. cubeb. cardam. galang. piperis long. gran. pœon. an. ʒ ij. caryophyll. macis, zedoar. zinzib. fœniculi, xyloaloes, an. ʒ ß. sacch. ℔ j. M. F. Pulvis.

536. *Tragea Bronchialis D. Screta.*

℞ Rad. scrophul. lap. spong. an. ℥ ij. oss. sæp. sal. gem. an. ʒ j. ß. zingib. piper. alb. irid. florent. an ʒ j. sacch. cand. alb. vel commun. ʒ x. olei cinnamom. gutt. ij. M. F. Pulvis.

Decrescente luna, summo mand, ac cubitum iturus ʒ ß. ad ʒ j. sumat, vel per se, vel cum pauxillo vini, aut alio liquore, cujus collum strumis, & scrophulis est, detur parum.

537. *Tragea Ophtalmica Ejusdem.*

℞ Sem. fœnic. ℥ j. rad. pœon. mar. herb. ac fl. cuphras. an ℥ ß. ocul. Cancr. ʒ ij. cinnam. flor. ros. rub. an. ℥ j. sacch. al. ʒ j. ß. M. F. Pulvis subtil.

538. *Tragea ad Vertiginem D. Kegleri.*

℞ Gran. pœon. excort. coriand. præpar. nuc. mosch. galang. visc. Querc. cubeb. piper. long. cardam. zingib rorism. an. ℥ j. sacch. alb. ℥ j. ß. M. F. Tragea.

539. *Trochisci ad Humorum acrimoniam corrigendam Silvii.*

℞ Sem. hyoscyam. alb. sem. papav. alb. an ʒ ß. Thuris masculi, myrrhæ. rub. an. ℈ j. croci opt. ℈ ß. succ. liquirit. inspiss. ʒ j. sacch. althœæ ℥ ß. ( si placet opii Thebaic. ʒ ß. ) gum. Tracag. in aq. rosar. solut. dr. j. F. s. a. Throchisci parvi.

540.

540. *Trochisci contra Luem Veneream D. Dekkers.*

℞ Cinnabar. factit. dr. ij. gumm. guajac. dr. iij. gumm. benzoin. gum. styrac. calamit. an. dr. j. ß.

Cum s. q. terebinth. Fl. l. a Trochisci.

Hujus fumus toto corpore conceptus, in conclavi, vel vase illum ob usum pro lubitu extructo, & fabricatu, Luem Veneream, affectusque inde pendentes; dolores, ulcera, &c. sanat.

Nota. Vires robustas desiderat; nam forte est medicamentum.

541. *Trochisci ad Menstrua provocanda potentissimi Ejusdem.*

℞ Herb. sabin. rec. exsiccat. d. iij. bacc. laur. sem. cumin. rad. asarian. dr. ij. myrr. rub. ℥ ß. sagopen. dr. ß. styrac. calamit. alypt. moschar. an. dr. j.

M. F. Pulvis, cui adde

Olei succin. dr. ß. & cum terebinth. vel ladano.

F. Trochisci magni pro suffitu, ad menstrna cienda potentissimi.

542 *Trochisci Narcatoci Fernelii.*

℞ Gum. arab. gum. tragacanth. gum. amyl. an. ℥ ß. cerus. aq. rosar. lot. ds. vj. styrac. calamit. myrrh. castor: opii sapa solut. ana ℈ iv. croc. ℈ j. ß.

Trite excipiantur mucilag. phyll. ex aq. rosar. apparata; signenturque Trochisci.

Utiles apprime sunt, in contumacibus Capitis, Dentiumque cruciatibus.

543. *Trochisci Pestilentiales interni D. Rolfincii.*

℞ Pulv. rad. angelic. pulv. rad. pimpinell. an. dr. ij. pulv. rad. valerian. dr. j. pulv. rad. zedoar. pulv. rad. oreos, ana dr. ß. cort. citr. dr. ij. caryophyll. nuc. mosch. an. dr. j. ſantal. citrinor. cinam. an. ℈ j. ß. myrr. elect. ℈ ij. bol. armen. præp. ℈ iv. cum inf. trag. aq. ros. fact. adde Mosch. Alex. gr. iv. sacch. albiss. ℥ iij. F. Trochisci.

644. *Trochisci Vomitorii D. Bierlingii.*

℞ Flor. antimonii rite præpar. ℥ ß. gumm. tragacanth. sacch. finiss. an. dr. vj. olei anis. dr. ß.

F. cum diligentia confecto in Trochiscos, quorum unaquæque jusse ponderet ℈ j.

545. *Turunda in Rhagadibus, & fissuris Ani D. Michaelis.*

℞ Empl. de ceruss. ℥ ß. camphor. gr. vj. cum unguent. rosat. unguent. pomat. & olei rosar. q. s.

F. l. a. Torunda, oblinatur, & indatur in Anum.

546. *Vinum Antiscorbuticum D. VVillis.*

Fol. cochlear. sub sereno cœlo collect. q. v.

Succo ex contusis expresso doliolum iij. vel. iv. congior. capax impleatur, flor. cerevisiæ cochleari uno, vel duobus impositis per duos dies fermentare sinatur, dum vas occlusum in cella vinaria per 6. menses collocetur, postea liquor clarus ad instar vini Hispanici flavescens in Utres exhauriatur, ac usui servetur, per plures annos incorruptus perdurat. Dos. ℥ iij. vel. ℥ iv. bis in die.

547. *Vinum aperiens Diureticum D. Fr. Dekkrs.*

℞ Rad. ireos nostrat. ℥ j. rad. anul. campan. rad. armorac. rad. vincetox. ana ʒ iij. Cort. median. sambuc vj. cort. lign. sassafr. ℥ ß. fol. agrimon. fol. soldanel. fol. cochlear. fol. matric. ana m. j. fol. senn. mund. ʒ v. sum. cent. min. P. j. bacc. junip. ʒ vj. gemmar. ribesior. nigr. ʒ iij. sem. levistici, sem. carv. ana ʒ ij. agaric. albiss. limatur chalyb. nodulo inclus. ana ʒ ß.

Consc. atque cont. affund. Vin. Rhenan. pint. vj.

Dosis: Haustus ʒ iij. nempe mane jejune, & hora quarta pomeridiana, instillatus gutt. xx. de sequenti singulis dosibus.

℞ Salis volat. oleof. spir. cochlear. ana ʒ j. m.

548. *Vinum Diureticum ad Hydropem Sennerti.*

℞ Stramin. fabar. M. vj. summit. junip. summit. genistæ, ana M. ij. summit. matrisylv. m. j. ß.

Comburantur in cinerem, per quem vinum bis, vel ter coletur, coletur, cujus ℥ v. calide exhibeantur.

549. *Vinum Guajaci, Amati Lusitani.*

℞ Lig. guajac. noviter limat. ℥ x. cort. ejusd. gummos. pulv. ℥ ij. vini alb. generos. ℔ xx.

Macerentur 24. horis, deinde bulliant ad lentum ignem ad medietatis consumptionem in hujus percolati ℔ x. infunde. Hyssopi, anethi, ana m. j.

Iterum buliant ad remanentiam ℔ vij. & colentur

Dos.

Dos. ℥ viij. pro sudore ciendo semel, vel etiam bis in die pro potu ordinario.

♃ Remanent. ſuperioris decoct. & adde raſur. CC. ℥. iv. vini alb. ℔ xx.

Bulliant ad conſumptionem ℔ viij. & colentur.

550. *Vinum Hydropicum J. H. Junken.*

♃ Rad. urtic. rad. ebul. rad. ireos, ana ℥ ß. rad. liquirit. ℥ j. ciner. geniſt. ciner. junip. ciner. fabar. ſtramin. ana ʒ ij. bacc. ebul. ℥ j. rhabarb. el. ʒ ij. croc. martis ſolub. ℥ iij.

Inciſ. & contus. dentur ad Nodulum Menſuræ vini infundendum, cujus Doſis mane ℥ iij. ad ℥ iv. cum ſpiritu ſalis armoniaci gutt. xx.

551. *Vinum Martiale D. M.*

♃ Eſſent. martis Myns. ʒ j. caſs. lign. ver. ʒ ij. cinnamom. el ℥ j. ß. antophyll. ʒ j.

Superfunde vini malvatici ℔ ij. ſtent in loco calido per triduum, poſtea colentur Doſis ab ℥ j. ad ℥ ij.

552. *Vinum contra Memoriæ labeſactationem D. Fr. Dekkers.*

♃ Rad. angelicæ. rad. irid. florentin. rad. galang. ana ʒ iij. fol. majoran. nobil. fol. laur. fol. origan. roriſmarin ana m. j. Comar. lavendul. comar. thymi, ana m. ß. bacc junip. ʒ vj. cubeb. cardamom. min. nuc. moſch. ana ʒ ij.

Conc. & craſse cont. inſuantur ſacculo, & cantharo lapideo indantur, viniqne Gallic. pint. iv. affundantur

Dos. ℥ iij. ter, quaterve de die.

553. *Vinum ad Menſtrua ſuppreſsa D. Fr. Dekkers.*

♃ Rad. angelic. rad. ariſtoloch. rotund. rad. galang. rad. rub. tinctor. ana ʒ iij. fol. puleg. fol. menth. criſp. fol. ſabin. ana m. j. bacc. laur. bacc. junip. ana ℥ ß. ſem. leviſt. ſem. ſinapi, ſem. fœnic. ana ʒ ij. croc. opt. cinnamom. acut. ana ʒ ß. caryoph. flaved. cort. aurantior ana ℥ j. ß.

Conc. atque cont. chantaroque lapideo inditis, affund. Vin. Gallic. pint. v.

Poſtque infuſionem per ſoctiduum, ſingulis, vel alternis matutinis de hoc vino medicato uſurpetur ℥ ij.

in-

instillatis unicuique dosi spir. fuliginis, vel salis armoniaci gutt. xv. vel xviij.

554. *Vinum ad Pituitam preparandam D. Morelli.*

♃ Lign. guajac. raspat. ℥ v. salsæparil. concis. & contus. ℥ v. Rad. acori, rad. galang. helenii ana ʒ ij. cort. citri sicc. ℥ j. ß. coriand. præp. ℥ ß. fol. sicc. betonic. fol. sicc. agrimon. fol. sicc. absinth. fol. sicc. menthæ, fol. sic. cent. min. an. m. j. Infunde in vini opt. ℔ vj. per dies 6, sæpius agitando. Colat. adde

Sacch. alb. ℥ *F. Vinum medicatum. Dos. ℥ ij.

555. *Vinum Præservativum in Podagra.*

♃ Herb. chamædr. chamepyth. anagall. cum flor. ana m. j. flor. hyperic. P. iij. anthos, flor. beton. ana P. ij. rad. helleb. nig. rad. jalap. ana ℥ j. hermodact. turpeth. ana ℥ vj. crem. tartari ʒ ij. cost. aromat. ver. ʒ j. ß.

Incisa, & cont. dentur ad Nodulum. Edulcoretur ad palatum.

556. *Vinum Purgans ad Hydropem. D. Barbette.*

♃ Rad. gentianæ rad. ireos, rad. cichor. rad. fœnicul. rad. imperator. ana ℥ j. cort. median. sambuci ℥ j. ß. fol. chamæpityos m' j. fol. rorismarini P. ij. flor. centaur. min. P. j. sem. apii, sem. coriand. sem. carvi, sem. urticæ, sem. fœnicul. ana ʒ j. fol. sennæ el. ℥ ij. agaric. leviss. ℥ iij. jalap. ℥ ß. turbith. ℥ j. ß.

Incisa infundantur in ℔ vj. vini Rhenan. Dos. ℥ iv.

557. *Viperinum Bezoardicum D. Cnœffelii.*

♃ Pulveris Viperin.

Ex sola spina, seu ossibus, per se, absque igne præparat.

Unicorn. mineral. terræ sigill. Melitens. ocul. cancr. ana p. æqual.

M. F. Pulvis, qui cum essent. viperin. seu solo decoct. viperar. s. q. sæpius inebriandus, & iterum per se exsiccandus est. Jam

♃ Puiveris hujus viperin. com. ℥ iij. antimon. i diaphor. fixi ℥ ij. essent. mosch. ambarisat. ℈ ß.

Et cum mucilag. tragacanth. (pes decoct. viperar. fact.) q. s. fiat Massa, ex qua postea formentur globuli in forma terræ sigillat. vel pro lubitu.

558. *Unguentum alvum laxans Jessenii.*

♃ Fellis tauri, butyr. rec. nov. salit. ana ʒ iij. extract. helleb. nigr. extract. diacolocynth. ana ℈ j. diagryd. gr. vj. croci gr. viij.

M. & lento igne coq. ad consistentiam melleam, & cum nucis juglandis putamine umbilico impone.

559. *Unguentum ad Ambusta, quo Miles pauper dives factus.*

♃ Fol. salviæ m. i. Fol. plantag. m. ij. butyr. rec. non salit. ℥ vj. stercor. gallinæ rec. & quantum fieri potest, albiss. ℥ iij.

♃ Frixentur per horæ quadrantem, & expressio usui detur.

560. *Unguentum Anserinum ad Paralysin D. Semerti.*

♃ Anserum veterem pinguem.

Suffocetur, deplumetur, & exenteretur, exenterato inde Ceræ flavæ, butyri ovilli, sal. comm. ana ʒ ij. pingued. vulp. ℥ iij. pingued. cati sylv. ℥ ij. ß. pingued. porci ʒ ij. pingued. humanæ ℥ j. medullæ crur. asini, medullæ crur. bovis, medull. crur. cervi, ana ʒ j. pulv. Thurio farinæ fabar. far. eligin ana ʒ ij.

Repleatur, & consuatur, veruque transfigatur, & assequantur, vel ollæ vitreatæ inditus lento igne, asseturque, ubi cavendum, ne aduratur. Liquor exstillans usui servetur.

561. *Unguentum Antispasmodicum Riverii.*

♃ Butyr. rancid. lardi vet ana quart. j. bdelii, ammoniac. ana ℥ j. myrrh. castor. ana ʒ iij. Fl. stœchad. Fl. anthos, an. P. j. nac. mosch. caryoph. ana ʒ j. catum parvum exenteratum, excoriatum, & in frusta concisum.

His insarciatur Anser, & consuatur, torreatur in veru; primus, qui defluit succus abjiciatur, secundus colligatur in vase aceto semipleno, eoque illinantur partes rpasmo tentatæ, & integra spina dorsalis.

560. *Unguentum ad Atrophiam D. Barbette.*

♃ Summit. sabinæ, summit. junip. fol. levist. rec. ana m. ij. flor. chamom. gran. junip. ana P. ij. ol. laurin. ol. lil. alb. ana ℔ j. axung. porcin. ʒ iij. axung. canis ℥ j ß. sp. vitæ ℥ ij.

Coq.

Coq. ad consumptionem humid. & expreſſioni fortiter factæ adde

Ol. ſpic. ʒ iij. ol. junip. ʒ j. ſem. ſinapi pulv. ℥ ß. rad. pyrethri, rad. piper. longi pulv. ana ʒ ij. ceræ flavæ q. s. M. F. Unguentum.

563. *Unguentum ad Cancrum exulceratum D. Barbette.*

℞ Gallar. cort. granat. ana ℥ ß. gypſi uſti ℥ j. boli armen. ℥ ℈. plumbi uſti ʒ ij. cinerum teſtarum cancr. ʒ j. terebinth. & mellis q. s. M. F. Unguentum.

564. *Unguentum ad Cariem oſſis D. Barbette.*

℞ Rad. ariſtol. tot. rad. ireos, rad. peucedan. ana ℥ ß. myrrhæ, aloes, ana ʒ j. ℈. cort. pini, ſcoriæ æris, ana ʒ j. lumbric. terreſt. ʒ ij. mell. q. s. M. F. Unguentum.

565. *Ungueutum ad Cicatrices delendas Foreſti.*

℞ Ol. amygd. dul. ℥ j. ß. ol. lil. alb. ℥ j. axung. cap. pingued. hirci, ana ℥ ß. farinæ orizæ, farinæ lupin. ana ℥ j. litharg. aor. ℥ ß. pulv. rad. bryon. pulv. rad. ireos, ana ℈ j. ſacch. tabarxet. ʒ j. Conterenda conterantur in pollinem, & cribro tenuiſſimo axcipiantur, tandem commiſceantnr in mortario, ſuperinfundendo.

Aq. roſar. aq. lil. alb. aq. fabar. ana q. s.

Continuo agitando, & incorporando. Poſtea per pannum laneum manibus emulcendo trajiciantur, & exibit Unguentum molle.

566. *Unguentum ad Cicatrices delendas Grulingii.*

℞ Ol. laurin. ol. comm. ceræ ana ℥ j. ß. M. F. Unguentum.

567. *Unguentum Convulſivum D. Barbette.*

℞ Ol. limacum, ol. lumbricor. ol. ſeſamin. ana ℥ j. pingued. arieti, pingued. vulpis, ℥ ß. butyri non ſalilit. ʒ vj. ſpir. vini ℥ iij.

Coq. ad ſpiritus conſumptionem, addendo Ol. ſpicæ detſtill. ol. roriſmar. ol. ſuccin. alb. ana ʒ ij. M. F. Unguentum.

568. *Unguentum Coſmeticum D. Michaelis.*

℞ Ol. amygd. dul. non rancid. ℥ j. ß. ol. jaſmin. ℥ ij. Inſtilla guttatim ol. tartari per deliq. q. s.

M. exacte in formam linimenti, adde

Coſmet. Cluvis, vel ceruſſæ antimonii ʒ j. vel ℈ iv. m.

569.

569. *Unguentum Digestivum ad vulnera D. Barbette.*

♃ Ol. olivar. ℥ ij. ceræ citrin. ℥ ß. mastich. thuris, ana vitell. ovi N. j. buyr. sine sale q. s. M. F. Unguentum.

570. *Unguentum Digestivum Sennerti.*

♃ Ol. rosar. ℥ ß. terebinth. ʒ j. vitell. ovi N. j. M. F. Unguentum.

571. *Unguentum ad Fistulas D. Barbette.*

♃ Vitriol. alb. ℥ iv. alumin. ærugin. æris, ana ʒ ß. aceti fortis ℥ vj.

Calcinetur in vase lutato, & f. pulvis, qui misceatur cnm Ung. Ægypt. eoque inongatur turunda fistulv inserenda.

572. *Unguentum ad Furfures Capitis D. Sydenham.*

♃ Ol. amygd. amar. ol. laurini, cinerum fol. abrotani, ana ℥ j. M. probe, & F. Linimentum.

Inungatur totum caput singulis matutinis diligenter fricando, & postea superimponendo vesicam suillam, præmissa tamen debita purgatione.

573. *Unguentum ad Guttam Rosaceam Elidæi.*

♃ Cot. rad. lapath. acut. ℥ ij. farinæ fabr. sulphuris vivi, ana ℥ j. boraci camphoræ, ana ʒ ß. succi hederæ terrest. succ. plantag. ana ℥ j. ß. cum axung. porci q. s. F. l. a. Ungnentum.

574. *Unguentum ad Herpetem D. Barbette.*

♃ Lap. prunellæ ʒ j. flor. sulphuris ℥ ß. sal. saturni ʒ j. ßj ol. raparum veteris q. s.

M. F. Unguentum.

575. *Unguentum Medicorum ad Vulnera.*

♃ Rad. morsus diabol. rec. baccar. junip. ana ℥ v. urticæ recent. rutæ, ocul. popul. rec. ana ℥ ij. ß. butyr. rec. ℔ j.

Coq. simul ad aquositatis consumptionem, agitando ligno corylo. F, Unguentum.

576. *Unguentum Nasale ad Pestem Grulingii.*

♃ Extract. theriacal. extract. angelic. ana ℈ ß. ol. nuc. moschat. expr. ℥ ß. ol. succin. ol. terebinth. ol. spicæ, ol. scorpion. ana gutt. vj.

M. F. Unguentum.

577. *Unguentum ad Ophtalmiam ſiccam D. Sennerti.*

℞ Butyr. majal. ſ. ſale, ol. roſar. ana ℈ j. ß. aloes ʒ ij. camphoræ ʒ ß. lithargyr. auri, litharg. argent. ana ʒ j. Butyrum, & oleum liquefiant, hinc. addantur reliqua, & in mortario plumbeo. M. F. Unguentum.

Quo veſperi palpebræ illinantur: mane mixtura ex aq. agrimon. aq. roſar. & lact. muliebr. ana p. æq. abluantur.

578. *Unguentum Ophtalmicum viride D. Franci.*

℞ Tur. præp. ℥ j. aq. roſar. ʒ j. camph. in ʒ j. ol. roſar. ſolut. ʒ ij. viridis æris ℈ j. butyr. recent. ʒ ij. m.

579. *Unguentum ad Pediculos inguinales D. Screta.*

℞ Pingued. porcin. ℥ iv. ſem. ſtaphid. agr. contuſ. ℥ j. Hæc ſuper ignem frixentur, dein colat. adde Mercurii viv. cum pauxillo terebinth. extinct. ℥ ß. extract. nicotian. ℥ ß. m.

580. *Unguentum ad Phthiriaſin D. Sennerti.*

℞ Pulv. ſtaphidiſagr. ʒ ij. farinæ lupinor. ℥ ß. agaric. ald. ʒ iij. ſulph. vivi ʒ ij. fel. Tauri ℥ ß. ol. abſint. q. ſ. M. F. Unguentum.

581. *Unguentum Placentinum ad Ulcera Gallica, & alia quæcumque Hoſpitalis Paduani.*

℞ Minii, mercurii præcip. ana ℥ vj. ceræ alb. ceruſſæ, an. ℔ j. ol. comm. ℔ v. M. F. Unguentum.

582. *Unguentum contra Podagram celebratiſſimum D. Smidmair.*

℞ Ocul. popul. arbor. herb. violar. herb. agrimon. herb hepat. nob. herb. naſturt. herb. melilot. herb. anſerin. herb plantag. maj. & minor. herb. hyoſcyam. herb. fragar. herb lactuc. herb. papav. herb. nimph. herb. abrotan. herb. tormentill. flol. chamom. Rom. parietar. beton. ſedi major. ana m. j.

Colligantur omnia tempore ſuæ maturitatis, contundantur recentes cum axung. porcin. indantur ollæ vitreatæ, ſtent in digeſtione, ut putrefiant. Coq. ſuperimponatur veſica porcina, vel loco hujus veſicæ, uſurpetur Emplaſt. Norimberg.

585. *Unguentum Podagricum singulare D. Fr. Dekkers.*

♃ Terebinth. venet. opt. tot. ʒ iij. smegmatis Amstelodamens. ℥ ß. vitell. ovor. N. iij. salis optime contus. imo & levigat. ʒ iij. croc. optim. ℥ j.

F. diu conquassando, & miscendo Unguentum, super bubula polita, pumiceque complanata extendendum.

584. *Unguentum Polychrestum contra quosvis dolores Arthriticos D. Arnisæi.*

♃ Axung. proc. rec. aq. samb. lot. & repurg. q. s. axung. taxi ℥ j. medull. human. ℥ ß. succ. surcul. rec. sambuc. succ. ebuli, succ. fol. plantag. succ. fol. chamædr. ana ℥ vj. pingued. vel muc. limac. ℥ ij. unguent. diapalm. ℥ j.

Post. addatur. succ. chamædr.

F. l. a. Unguentum.

585. *Unguentum ad Ruborem, & pustulas oculorum mihi usitatum.*

♃ Butyr. rec. s. sale in aq. Euphrag. aliquoties loti ℥ j. ß Tutiæ præp. ʒ j. ß. camphoræ ʒ j.

M. F. Unguentum.

586. *Unguentum de Sapone ad Paralysin Cratonis.*

♃ Sapon. Venet. ℔ ß. ol. baccar. junip. ℥ j. pulv. sem. erucæ ʒ vj. M. F. Unguentum.

587. *Unguentum ad Scabiem D. Sennerti.*

♃ Succi lapath. acut. ℥ j. sulph. citrin. ℥ iij. nitri ʒ ij. styrac. liquid. farinæ lupinor. ana ʒ ij. ß. ol. rosar. q. s. ceræ parum. M. F. Unguentum.

588. *Unguentum ad Scabiem D. Sorbait.*

♃ Pingued. suillæ antiq. ℥ vj. liquescant ad ignem, & colentur, dein adde sulph. viv. subtil. pulv. baccar. lauri eodem modo pulv. ana ʒ ij. ß. caryophyll. arom. ʒ j. pulv. lapath. acut. ʒ ß. M. F. Unguentum.

Quod scabiem infallibiliter tollit.

589. *Unguentum Singulare Fuscarini, in contusionibus magnis, e Turcia ab ipso allatum.*

♃ Ol. olivar. bene matur. ℥ j. medull. crur. bubul. resin. pin. ceræ flav. ana ℥ ij. butyr. rec. insuls. ʒ iij.

Liquefiant omnia lento igne; cumque liquefacta fuerit. medulla, removeto. Miraculosum est experientia.

590. *Unguentum Stomachale Franc. de Salis.*

♃ Domar. ment. fol. abſinth. fol. salv. Rom. sol. rut. fol. majoran. fol. chærefol. fol. meliss. fol. calaminth. fol. origan. cret. ana m. j. Flor. chamæm. flor. aneth. flor. lavendul. flor. rorismar. flor. spic. nard. flor. calend. flor. rosar. rubr. ana P. ij. Rad. angelic. odor. rad. carolin. rad. angelic. odor. rad. calam. arom. rad. galang. rad. acori, rad. zedoar. rad. imperator. ana ℥ ß. cort. citr. cort. aurant. ana ʒ vj. sem. fœnic. sem. cumin. bacc. laur. bacc. junip. ana ℥ iij. macis ʒ ij. vin. malvat. generoſ. mens. iv. vel. v. ol. abſinth. ol. maſtich. ol. laurin. ol. menth. ana ℥ iv.

Bulliant omnia lento igne in duplici vase ad totalem vini consumptionem, & colentur olea, quibus adde

Gumm. tacamach. aceto deſtillat. solut. ℥ iij. bals. orient. liquidambr. ol. nucist. ana ℥ j. ß. salis abſintd. ʒ ij. spec. diarrhod. Abbat. spec. aromat. rosat. carioph. ana ℥ ß. pulv. Maſtic. de gallia moſch. ℈ j. ol. anis. dest. ʒ ß. ol. caryophyll. gutt. xv. ceræ novæ q. s.

F. Unguentum juſtæ consiſtentiæ.

591. *Unguentum ad Tinieam capillorum Grulingii.*

♃ Sulphuris citrin. ʒ iij. raphan. ʒ j. alumin. crud. ℥ ß. sem. staphisagr. rad. pyrethri, ana ʒ j. axung. porci ℥ ij. vel q. s. F. l. a Unguentum.

592. *Unguentum contra Veneficia, & Incantamenta decantatiſſimum Carrichteri.*

♃ Adipis canin. liqnid. & mund. ℥ iv. adipis urſi viij. adipis caponis ℥ xxiv.

Deinde tres truncos viſci corylin. adhuc virentis.

Fruſtatim fectos, & tusos, dum humeſcant. Contunde autem simul lignum, folia, baccas, & misce omnia in phiala; quam soli ſeptimanas ix. cum expoſueris, eo utere, & inunge Veneficatorum partes: sic certum habebis experimentum contra incantamenta.

563. *Unguentum ad Venerem Bierlingii.*

♃ Rad. pyreh. piper. zingiber. cinnamom. semt. ſinap. ana ʒ j. euph. ʒ ß. ol. laur. ℥ ij. ol. spic. ℈ j. ceræ parum.

F. Unguentum, quo illinatur regio intra annum, & teſtes.

594.

594 *Unguentum contra Vermes D. Fr. Dekkers.*

℞ Unguent. de arthanita maj. Meſues, unguent. colocynth. Avicenn. ana ℥ ij. fell. taurin. ol. amygd. amar. ana ℥ ß. mércurii crud. ℈ iv.

Miſceantur exacte, totusque venter inungatur.

595. *Unguentum ad Vitiliginem Sennerti.*

℞ Succi chelid. maj. ſucc. lapath. acut. ſucc. fumariæ, ſucc. ſcabioſæ, an. ℥ j. ß. pulv. ſinapi ℥ j. adipis gallinæ q. s.

M. F. Unguentum.

596. *Unguentum ad Ulcera tibiarum antiqua mihi probatum.*

℞ Butyr. rec. ſine ſale, terebinth. Ven. ana ℥ j. album. ovor. N. 2.

M. F. Unguentum.

597. *Unguentum ad uteri Rhagades Grulingii.*

℞ Axung. anatis, ſevi cervin. ana ℥ ß. hyſſopi ʒ ij. croci ℈ j. ol. lil. alb. ol. nardin. ana ʒ ii. ceræ citrin. q. s.

M. F. Unguentum.

598. *Unguentum ad Vulnera Capitis Conciliatoris.*

℞ Gum. elemi ℥ iij. reſinæ puriſs. ℥ vj. ceræ ℥ iv. ol. roſac. ℥ iii. ol. ammoniaci ℥ ij. ol. terebinth. ℥ iij.

M. F. Unguentum.

599. *Unguentum ad Vulnera Nervorum, & tendinum D. Barbette.*

℞ Terebinth. Ven. lachrym. abietis, ana ℥ j. gum. ammoniac. ℥ ß. gum. carannæ ʒ ij. balſam. Peruv. ℥ iij. propoleos ℥ vj. ol. pyperic.

M. F. Unguentum.

600. *Unguentum ad Vulnera Sclopetorum D. Barbette.*

℞ Picis liquid. terebinth. galban. ana ℥ ij. maſtich. thuris, nitri, ſal. armoniac. ana ℥ j. alumin. ℥ ß. virid. æris, vitriol. alb. camphoræ, pulv. lumbric. terreſt. ana ℥ j. ol. lini, ol. roſar. ana ℥ ij. ol. lumbric. ol. terebinth. Ven. ana ℥ j.

M. liquefiant ſuper ignem, & F. Unguentum.

*O. A. M. D. G.*

# INDEX
## MORBORUM,
## ET
## MEDICAMENTORUM.

Numerus adjectus, non paginas, sed Medicamenta denotat.


*Abortus.*

98 CAtaplasma miraculosum D. Hartmanni.

*Achores.*

10 Aqua Æsculapi D. Zapatæ.

249 Lapis Medicamentosus correctus D. Merklini Patr.

375 Pulvis ad Achores Cekki.

591 Unguentum ad Tineam capillorum Grulingii.

*Acrimonia humorum.*

404 Pulvis Epicerasticus Doct. Merklini Fil.

539 Trochisci ad Humorum acrimoniam corrigendam Sylvii.

*Adstringentia Med.*

498 Syrupus Adstringens D. Dekkers.

*Alexipharmaca Med.*

1 Acetum alexipharmac. Doct. Herlini.

4 Acetum Theriacale D. Guldenklee.

5 Antidotus convulsiva Norimberg.

33 Aqua lactis Alexiteria.

61 Balsamum Alexicacum D. Reinesii.

69 Balsamum naturale Golers a Ravensburg.

84 Bezoar Sophisticum.

86 Bezoardicum viperinum D. Cnœffellii.

137 Electuarium Alexipharmacum D. Schenkii.

148 Electuarium Orvietanum Ferrantis.

194 Emplastrum ad venena extrahenda Blasii.

282 Mithridatum Puerorum D. Mercklini Fil.

313 Oleum contra venena Mag. Duc. Hetrur.

316 Orvietanum D. Screta.

360 Potio Alexipharmaca D. Sorbait.

361 Potio Antidotalis.

376 Pulvis alexipharmacus Carol. Duc: Mantuæ.

377 Alius ad morsum Canis rabidi. D. Palmarii.

384 Pulvis Antitoxicus Mantuanus.

387 Pulvis Bezoardicus D. Rollvvagii.

484 Spiritus Bezoardicus D. Buſſii.
516 Theriaca Antimoniata chemica D. Rofincii.
524 Tinctura Bezoardica Cratonis.
525 Alia D. Wedelii.
526 Alia Wratiſlavienſis.
557 Viperinum Bezoardicum D. Cnœffellii. *Alopecia.*
252 Linimentum ad Alopeciam Galeni.
*Alphus*, vide *Vitiligo.*
*Alvi fluxus*, vide *Diarrhœa*, vel *Dyſenteria*. *Alvus adstricta.*
242 Juſculum ad alvum adſtrictam Riverii.
253 Linimentum alvum adſtrigens D. Sorbait. *Ambuſta.*
559 Unguentum ad Ambuſta, quo miles pauper dives factus.
*Analeptica Med.*
110 Clyſter Nutries D. Morelli.
320 Paſta Regalis ad Hecticos reſtaurandos Riverii.
*Anaſarca.*
549 Vinum Guajaci Amati Luſitani.
*Angina.*
89 Cataplaſma ad Anginam D. Michaelis.
229 Gargariſmus ad Anginam.
*Animi deliquium*, vide *Syncope*. *Anodyna Med.*
58 Balneum ad Coxæ dolores D. Fuchſii.
90 Cataplaſma anodynum Doct. Cnœffellii.
168 Emplaſtrum anodynum D. Barbette.
207 Eſſentia Anodyna D. Wedelii.
278 Magiſterium Anodynum D. Mercklini.
299 Oleum Ægyrinum D. Screta.
300 Oleum Anodynum refrigerans D. Cnœffelii.
476 Specificum Anodynum Paracelſi.
*Antifebrilia Med.*
95 Cataplaſma febrifugum Doct. Hoffmanni.
96 Aliud D. Cnœffellii.
135 Diaphoreticum Tartari pretioſum Zobelli.
139 Electuarium Antifebrile D. Sydenham.
161 Elixir febrile Cnœffellii.
182 Emplaſtrum febrifugum Ejuſdem.
218 Experimentum in febrib. malignis D. Wepfferi.
237 Infuſum corticis Peruviani D. Sydenham.

240 Julapium cardiacum in febrib. ardentibus Riverii.
275 Liquor stypticus internus D. Eucretti.
277 Looch ad linguæ nigredinem in febribi ardentibus Riverii.
303 Oleum febrifugum Cnœffellii.
317 Panacea antifebrilis D. Craanen.
363 Potio ad febrem tertianam Sydenham.
380 Pulvis Antifebrilis mihi usitatus.
399 Pulvis Domesticus.
412 Pulvis ad Febres malignas Pragensium.
413 Alius Viennensium.
414 Pulvis Febrilis Lithuanicus D. Juchs.
435 Pulvis præservativus in febribus malignis Reg. Hispan.
436 Pulvis meus refrigerans ad febres continuas.
460 Rotulæ Peruvianæ D. Screta.
465 Saccharum Aluminis D. Docrelli.
467 Sal. Antifebrile D. Sleppelæi.
485 Spiritus Antifebrilis diaphoreticus.
513 Tabellæ Liberantes Ferd. Imp.
517 Tinctura Antifebrilis D. Bontehoe.
528 Tinctura China-chinæ Doct. Dekkers.
*Antiscorbutica Med.* vide *Scorbutus*. *Aperientia Med.*
6 Apozema aperiens, & Antiscorbuticum D. Sydenham.
209 Essentia aperitiva D. Michaelis.
212 Extractum aperitivum D. Rothii.
224 Extractum chalybeatum D. Schvvalenbergeri.
270 Liquor aperitivus D. Ramlovii.
281 Mars potabilis D. Herlini.
499 Syrupus aperiens D. Sennerti.
547 Vinum Aperiens D. Dekkers. *Apophlegmatizantia Med.*
322 Pastilli apophlegmatizantes D. Morelli. *Apoplexia.*
10 Aqua Æsculapii D. Zapatæ.
14 Aqua Apoplectica D. Hoffmanni.
15 Alia D. Kolreuteri.
16 Alia D. Rhothii.
17 Alia Elect. Sax.
18 Alia Viduæ Hoffmann.
210 Essentia Cephalica D. Cnœffellii.
385 Pulvis Apoplecticus D. Hoffmanni.

457 Rotulæ ab Apoplexia præſervantes D. Sennerti.
439 Spiritus Apoplecticus Doct. Moebii.
535 Tragea ad Apoplexiam Langii. *Apoſtema.*
171 Emplaſtrum ad Apoſtema aperiendum D. Morelli.
172 Aliud Hartmanni. *Ardor Ventriculi.*
293 Morſuli ad Sodam, seu ardorem Ventriculi D. Dolæi.

*Arthritis.*

10 Aqua Æſculapii D. Zapatæ.
19 Aqua Arthritica D. Brambachii.
20 Aqua Articularis ad extra D. Ettmulleri.
66 Balneum artificiale D. Sorbait.
91 Cataplaſma arthriticis omnibus utile D. Sylvii.
157 Elixir Arthriticum D. Michaelis.
173 Emplaſtrum Arthriticum D. Coſteri.
233 Gluten juniperin. D. Cnœffellii.
250 Lapis ſalutis D. Krafft.
371 Liquor Arthriticus Lotichii.
331 Pilulæ ab Arthritide præſervantes D. VVillis.
344 Pilulæ Papales.
386 Pulvis ab Arthritide præſervans D. Wirfungii.
437 Pulvis Saracenicus Anglici.
501 Syrupus Dyacolocynthidos D. Frejtagii,
523 Tinctura Balſamica D. Mollenbroccii.
584 Unguentum polychreſtum Arthriticum Doct. Arniſæi.

*Arthritis vaga Scorbutica.*

522 Tinctura Balſamica ad Arthritidem vagam ſcorbuticam D. Dekkers. *Aſthma.*
73 Aqua pectoralis ad Aſthma D. Sennerti.
74 Balſamum ſulphuris D. Weinlini.
284 Mixtura ad Aſthma mihi familiaris.
285 Mixtura Aſthmatica Wilh. Reg. Angl.
332 Pilulæ ad Aſthma Sennerti.
341 Pilulæ de millepedibus ad Aſthma D. Willis.
365 Potio ex millepedibus ad Aſthma Riverii.
521 Tinctura Aſthmatica D. Dolæi. *Atrophia.*
562 Unguentum ad Atrophiam D. Barbette,

*Aurium vitia.*

10 Aqua Æſculapii D. Zapatæ.
299 Oleum Ægirinum D. Screta.

305 Oleum ad gravitatem auditus D. Nævii.
478 Spiritus Acusticus Joh. H. Jungken.
488 Spiritus Otalgicus D. Barbette.
*Bezoartica*, vide *Alexipharmaca*. *Bubo Pestilentialis*.
174 Emplastrum ad Bubones pestilentiales Fabritii. *Cachexia*.
158 Elixir cacheéticum D. Herlini.
387 Pulvis Cacheéticus mihi usitatus.
500 Syrupus e chalybe Mercati. *Calculus*.
53 Arcanum contra Calculum D. Schenchii.
56 Balneum artificiale D. ſorbait,
57 Balneum ad Calculum Ejusdem.
69 Balsamum naturale Golets a Ravensburg.
92 Cataplasma ad Calculum Cratonis.
212 Essentia Lithontriptica D. Cnœffellii.
223 Extractum contra Calculum D. Sparrii.
148 Laudanum urinarium secretum.
301 Oleum contra Calculum Landgr. Wilhelm.
309 Oleum Oculorum Cancri ad Calculum Hartmanni.
333 Pilulæ ad Calculum Riverii.
366 Potio ex millepedibus ad Calculum Ejusdem.
389 Pulvis ad Calculum meæ ordinationis.
424 Pulvis Lithontripticus Doct. Rolfincii.
429 Pulvis Nephrocatharticus D. Wefferi.
468 Sal contra Calculum D. P. H.
vide *Nephritica Med. Cancer*.
175 Emplastrum ad Cancrum exulceratum Plateri.
176 Aliud D. Dekkers.
250 Lapis salutis D. Krafft.
254 Linimentum ad Cancrum non exulceratum D. Barbette.
390 Pulvis contra Cancrum D. Andrighethi.
563 Unguentum ad Cancrum exulceratum Barbette.
*Capillorum tinea*.
591 Unguentum ad Tineam capillorum Grulingerii.
*Capitis dolor*, vide *Dolor Capitis*
*Capitis vulnera*, vide *Vulnera Capitis*. *Caries Gallica*.
21 Aqua ad Cariem Gallicam D. Sorbait.
*Caries ossis*.
464 Unguentum ad Cariem Ossis D. Barbette.

*Carminativa Med.* vide *Flatus*.
*Catarrhacta*, vide *Suffusio oculorum*. *Catarrhus*.
23 Aqua Catarrhalis D. Kegleri.
61 Balsamum contra Catharrhos D. Hoffmanni.
344 Pilulæ Papales.
351 Pilulæ Senectutis D. Mercklini Patr.
*Cathartica*, vide *Purgantia*. *Cauterium*.
304 Cauterium Felic. Plateri.
*Cephalica Medica*.
120 Decoctum Cephalicum D. Michaelis.
159 Elixir Cephalicum ejusdem.
210 Essentia Cephalica comp. D. Cnœffellii.
213 Essentia Regia Composita.
227 Fumus Hispanicus.
334 Pilulæ Cephaticæ D. Metzgeri.
344 Pilulæ Papales.
351 Pilulæ Senectutis D. Mercklini Patr.
391 Pulvis Cephalicus externus Zapatæ.
421 Pulvis Imperatoris Cephalicus, & Stomachicus,
448 Pulvis Violaceus D. de Mayerne.
473 Species Cephalicæ Regin. Siciliæ.
497 Sulphur Lunæ D. Sennerti.
*Chlorosis*, vide *Cachexia*. *Cicatrices delentia Med.*
24 Aqua ad Cicatrices Oculorum delendas Max. Imp.
255 Linimentum ad Cicatrices delendas D. Barbette,
565 Unguentum ad Cicatrices delendas Foresti.
566 Aliud Grulingii.
*Cicatrices inducentia Med.*
178 Emplastrum Cicatrices inducens D. Barbette.
410 Pulvis Epuloticus ejusdem. *Clavi*.
179 Emplastrum contra Clavos D. Stralenbergeri. *Culica*.
12 Aqua Anticolica D. Willis.
103 Catharticum cinnamomisatum D. Zobelii.
108 Clyster ad Colicam flatulentam D. Ettmulleri.
304 Oleum Galbanetum ad Colicam Paracelsi.
326 Piluiæ Anticolicæ D. Willis.
340 Pilulæ Joviales D. Screta.
479 Spiritus Anticolicus D. Dekkers.

531 Tinctura radicis Ninſi.
*Coma ſomnolentem*, vide *Lethargus*.
*Confortantia Med.* vide *Cordialis Med.* *Contuſiones*.
589 Unguentum ſingulares in Contuſionibus Fuſcareni. *Convul.*
392 Pulvis Convulſivus D. Maii.
567 Unguentum Convulſivum D. Barbette.
*Cordialia Med.*
26 Aqua e Cordibus Animalium D. Mayerne,
27 Aqua e Cordibus Cervorum D. Clauderi.
32 Aqua inſtaurans D. de Mayerne.
39 Aqua Odorifera pretioſa D. Sennerti.
49 Aqua Vita Anglica Fleetwodii.
55 Aurum potabile pauperum D. Zapatæ.
115 Confectio Balſamica D. Herlini,
152 Electuarium Regium confortans D. Schenkii.
213 Eſſentia Regia compoſita.
217 Eſſentia Vitæ D. Herlini,
225 Extractum nobile Herbipolenſium.
241 Julapium perlatum D. Sydenham.
272 Liquor cardiacus excellens Riverii.
302 Oleum cordiale D. Bierlingii.
318 Panacea D. Muffatii.
456 Rotulæ Ambretæ D. Oſvvald.
458 Rotulæ Imperatoris D. Screta.
503 Syrupus Gemmatus Patavinns.
513 Tabellæ Liberantes Ferd. Imp. *Corpulentia nimia.*
393 Polvis ad Corpulentiam nimiam D. Sennerti.
*Coſmetica Med.*
62 Balſamum Coſmeticum Cnœffellii.
244 Lac Virginis D. Sennerti.
256 Linimentum Coſmeticum D. Cnœffellii.
394 Pulvis Coſmeticum Ejuſdem. 454 Roſetta Italorum.
568 Unguentum Coſmeticus D. Michaelis. *Dentium vitia.*
70 Balſamum Odontalgicum D. Cnœffellii.
73 Balſamum puerorum dentientium.
126 Decoctum Odontalgicum D. Segleri.
180 Emplaſtrum ad dolores dentium Riverii.
265 Linimentum ad vacillat. dentium D. Ettmulleri.
290 Mix-

290 Mixtura Odontalgica. 298 Odonticum D. Zobelli.
395 Pulvis contra Dentium vacillationem Doct. Schneideri.
430 Pulvis Odontalgicus D. Dekkers.
487 Pulvis Odontalgicus Jungkan.
*Diaphoretica Med.* vide *Sudorifera Diarrhœa.*
109 Clyster ad Diarrhœam D. Sydenham.
135 Diaphoreticum Tartari pretiosum D. Zobelli.
253 Linimentum Alvum adstringens D. Sorbait.
*Diuretica Med.*
28 Aqua Diuretica D. Wiliis.
98 Cataplasma miraculosum D. Hanemanni.
121 Decoctum Diureticum meæ descript.
129 Decoctum pituitam per urinas evacuans D. Sylvii.
130 Decoctum serum evacuans per urinas ejusdem.
188 Emplastrum purgans admirabile D. Cnœffelii.
276 Lixivium diureticum D. Sydenham.
398 Pulvis Diureticus D. Dekkers.
547 Vinum aperiens Diureticum ejusdem.
548 Vinum Diureticum ad Hydropem Sennerti.
*Dolor Capitis.*
10 Aqua Æsculapii D. Zapatæ.
430 Fulvis Odontalgicus D. Dekkers.
466 Sacculi ad Dolorem Capitis D. Ettmulleri.
*Dolor Oculorum*, vide *Oculorum dolor.*
*Dolorem lenitentia Med.* vide *Anodyna Med. Dysenteria.*
116 Decoctum album ad Dysenteriam D. Sydenham.
142 Electuarium Dysentericum D. Cnœffellii.
275 Liquor stypticus internur D. Brucretii.
336 Pilulæ Dysentericæ D. Screta. 399 Pul. Domesticus.
401 Pulvis ad Dysenteriam mihi usitatus.
402 Alius D. Hossmanni.
403 Alius D. Weinlini.
310. Syrupus Pantaleonis ad Dysenteriam.
*Dysuria*, vide *Urinæ ardor.*
*Emetica Med.* vide *Vomitoria Med. Epilepsia.*
5 Antidotus convulsiva Norimbergensium.
20 Aqua Æsculapii D. Zapatæ.
138 Electuarium Antiepilepticum Magn. Duc. Hetrut.

160 Elixir Epilepticum D. Guldenklee.
169 Emplastrum Antepilepticum D. Michaelis.
200 Emulsio Antepileptica D. Cnœffelii.
210 Essentia Cephalica comp. Ejusdem.
214 Essentia sanguinis humani Rolandi.
221 Experimentum ad præservandam Epilepsiam puerorum Hartmanni.
279 Magisterium Epilepticum D. May.
357 Pomum Epilepticum Cnœffelii.
378 Pulvis Anticlinicus Lic. Lentilii.
405 Pulvis Epilepticus Cratonis.
406 Alius de Gutteta.
407 Alius meæ descriptionis. 408 Alius Moebii.
409 Alius Rudolph. II. Imperat.
514 Tabellæ pro nutricibus infantes Epilepticos lactantibus D. Willis.

*Excrescentia carnea.*

411 Pulvis ad Excrescentias carneas D. Barbette.

*Fascinus*, vide *Veneficum*.

*Febris*, vide *Antifebrilia Med. Fistulæ.*

571 Unguentum ad Fistulas D. Barbette.

*Flatus.*

22 Aqua Carminativa Meibomii.
29 Aqua contra Flatus D. Luchtenii.
119 Decoctum Carminativum D. Schenkii.
177 Emplastrum Carminativum D. Sylvii.

*Fluor albus.*

144 Electuarium ad fluorem album D. Sydenham.
549 Vinum Guajaci Amati Lusitani.

*Fœtor Oris.*

509 Syrupus ad Oris fœtorem. A. G.

*Fœtus mortuus.*

188 Emplastrum purgans admirabile D. Cnœffellii.
323 Pessarium ad fœtum mortuum pellendum Sennerti.
415 Polvis ad Fœtum mortuum pellendum Sennerti.

*Fonticuli.*

283 Emplastrum pro fonticulis Stegmanni.
131 Globuli ad fonticulos.
232 Alii Belgis usitati.

*Furfures capitis.*

10 Aqua Æſculapii D. Zapatæ.
572 Unguentum ad Furfures capitis D. Sydenham.
*Gangræna.*
38 Aqua nigra chirurgorum ad Gangrænam, & Sphacelum.
*Gingivarum eroſio.*
250 Lapis ſalutis D. Krafft.
288 Mixtura ad Gingivar. eroſionem D. Ettmulleri.
*Gonorrhœa benigna.*
205 Emulſio ad Gonorrh. benignam D. Ettmullerii.
*Gummata Venerea.*
10 Aqua Æſculapii D. Zapatæ.
*Gutta roſacea.*
30 Aqua ad Cuttam roſaceam Matthioli.
306 Oleum ad Guttam roſaceam D. Sennerti.
573 Unguentum ad Gottam roſaceam Elidæi.
*Gutturis inflammatio.*
10 Aqua Æſculapii D. Zapatæ.
*Hæmoptyſis.*
291 Mixtura ad vomitum ſanguinis D. Sylvii.
512 Tabulæ Hæmoptoicæ Plateri.
*Hæmorrhagia.*
11. Aqua Aluminoſa magiſtralis D. Sorbait.
324 Peſſarium in Hemorrhagiam uteri D. Albrecht.
416 Pulvis ad Hæmorrhagiam Narium ad extra D. Kegleri.
417 Pulvis Hæmoſtaticus Doct. Screta.
*Hæmorrhoides.*
203 Emulſio coralliata D. Cnœffelii.
258 Linimentum ad dolorem hæmorrhoidum Maſiero.
87 Mixtura ad dolorem hæmorrhoidum Barbette.
*Hectica*, vide *Phthyſis*. *Hepatis caliditas.*
511 Syrupus e ſanguine cichor. & chamædr. Riverii.
*Hepatis obſtructio*, vide *obſtructio*.
*Hepatis tumor*, vide *Tumor Hepatis*. *Hernia.*
9 Apozema ad Herniam D. Barbette.
66 Balſamum Gonzagianum ad Hernias.
183 Emplaſtrum ad Herniam D. Barbette.
308 Oleum hyperici ad Herniam D. Solenandri.
337 Pilulæ ad Herniam Barbette. *Herpete.*
10 Aqua Æſculapii D. Zapattæ.

54 Arcanum ad Herpetem miliarem.
574 Unguentum ad Herpetem D. Barbette.

*Hydrops.*

31 Aqua ad Hydropem pectoris D. Doring.
342 Pilulæ ex millepedibus ad Hydropem pectoris D. Willis.
344 Pilulæ Papales.
368 Potio ex millepedibus ad Tympanitidem Willis.
370 Potio sudorifera ad Hydropem D. Rulandi.
418 Pulvis Hydragogus D. Tim. a Guldenklee.
453 Rosa Vitæ Mineralis.
501 Syrupus Diacolocynthidos D. Freitagii.
507 Syrupus Magistralis D. Stapedii.
548 Vinum diureticum ad Hydropem Sennerti.
550 Vinum Hydropicum Jungken.
556. Vinum purgans ad Hydropem D. Barbette.

*Hypocondriaca affectio.*

162 Elixir Hypocondriacum D. Guldenklee.
241 Essentia Hypocondriaca ejusdem.
289 Mixtura Hypocondriaco-scorbutica D. Michaelis.
338 Pilulæ Hypocondriacæ Plateri.
504 Syrupus Hypocondriacus D. Nosleri.
527 Tinctura cochleariæ ad Melancholicam hypochondriacam D. Glanzii.

*Hysterica passio.*

25 Aqua ad Convulsiones hystericas Willis.
56 Balneum artificiale D. Sorbait.
67 Balsamum Matricale P. H. D.
185 Emplastrum Hystericum D. Sydenham.
186 Emplastrum pro Matrice D. Mayerne.
245 Laudanum hystericum D. Dolæi.
296 Nodulus Hystericarum naribus adhibendus Sydenham.
325 Pessus Hystericus D. Wedelii.
326 Pilæ Hystericæ D. Wepfferi.
339 Pilulæ Hystericæ D. Hoffmanni.
378 Pulvis Anticlinicus Lic. Lentilii.
419 Pulvis Hystericus meus. 469 Sal Joviale D. Clavii.
518 Tinctura Antihysterica D. Dekkers. *Icterus.*
367 Potio ex millepedibus ad Icterum D. Willis.

*Iliaca*

*Iliaca passio.*

251 Linctus Antiiliacus D. Screta.

*Impetigo.*

34 Aqua ad Lichenes contumaces D. Sennerti.
249 Lapis Medicamentosus correctus D. Mercklini.
259 Linimentum ad Impetiginem D. Dolæi.
263 Linimentum ad Serpiginem D. Grulingii.

*Inappetentia.*

470 Sal Stomachicum D. Dolæi.
408 Syrupus Mastichinus D. Grolingii.

*Lac provocantia.*

423 Pulvis Lac provocans Doct. Winckleri.

*Laxativa Med.*

107 Cinnamomum laxativum Caburgensium.
234 Grana Angelica D. de Mayerne.
280 Manna soluta D. Wepfferi.
319 Panis Martius laxativus D. Sennerti.
335 Pilulæ Diæteticæ. 358 Pomum Laxativum.
364 Potio Laxativa Zapatæ.
475 Species Laxativæ polychrestæ D. Wedelii.
515 Tabellæ de Scammonio D. Sylvii.
558 Unguentum Alvum laxans Jessenii.

*Lethargus.*

10 Aqua Æsculapii D. Zapatæ.
381 Pulvis Antilethargicus D. Dolæi.
497 Sulphur Lunæ Sennerti.

*Lichen*, vide *Impetigo*.

*Lienis obstructio*, vide *obstructio*.

*Lienis Scirrhus*, vide *Scirrhus Lienis*. *Linguæ nigredo*.

277 Looch ad Linguæ nigredinem in febr. ardentibus Riverii.

*Lipothymia*, vide *Syncope*.

*Lithoneriptica Med.* vide *Calculus*. *Lues Venerea*.

68 Balsamum Mercurii.
124 Decoctum in Lue Venerea D. J. Z.
131 Decoctum sudoriferum ad Luem Veneream D. Sorbait.
374 Potus Guajaci destillatus Andernaci.
453 Rosa Vitæ mineralis.
540 Trochisci contra Luem Veneream D. Dekkers.

349 Vinum Guajaci Amati Lusitani.
581 Unguentum Placentinum ad Ulcera Gallica.
*Lumbrici*, vide *Vermes*. *Luxatio*.
190 Emplastr. roborans ad membra luxata D. Barbette.
*Mammarum tumor*.
97 Cataplasma ad Mammarum tumorem, mihi probatum.
*Maturantia Med.* vide *Suppurantia Med.* *Melancholia*.
103 Catharticum cinnamomisatum D. Zobelii.
382 Pulvis Antimelancholicus D. Pereda.
502 Syrupus exhilarans D. Schillingii.
529 Tinctura cochleariæ ad Melancholiam hypochondriacam D. G. *Memoriæ imbecillitas*.
136 Electuarium ad Memoriæ imbecillitatem Foresti.
147 Aliud Mesue. 227 Fumus Hispanicus.
352 Pilulæ senectutis D. Mercklini Patr.
420 Pulvis Jesuitarum, Memoriæ consecratissimus.
552 Vinum contra Memoriæ labefactationem Doct. Dekkers.
*Menses moventia*.
10 Aqua Æsculapii D. Zapatæ.
125 Decoctum ad Menses movendos Hippocratis.
188 Emplastrum purgans admirabille D. Cnœffelii.
219 Experimentum ad Menses movendos D. Sorbait.
239 Julapium aulicum ad Menses movendos Ejusdem.
293 Pilulæ Virgineæ D. Ortelii.
400 Pulvis Dominarum ad Menstrua retenta.
426 Pulvis ad Menses provocandos D. Sorbait.
459 Rotulæ Martiales Dn. D. P.
474 Species Emmenagogæ D. Wepfferi.
486 Spiritus ad Menstrua cienda singularis D. Dekkers.
500 Syrupus e chalybe mercati.
541 Trochisci ad menstrua provocanda potentissimi Do. Dek.
551 Vinum Martiale D. M.
553 Vinum ad Menstrua suppressa D. Dekkers.
*Mensium nimius fluxus*.
427 Pulvis ad Mensium nimium fluxum mihi probatus.
*Morbilli*.
134 Diaphoreticum Tartari camphorat. D. Zobelli.
135 Aliud pretiosum ejusdem. 399 Pulvis Domesticus.

*Morbus Gallicus*, vide *Lues Venerea*.

*Morphæa*, vide *Scabies*.

*Morsus venenatus*.

377 Pulvis alexipharmacus ad morsum canis rabidi D. Palmerii.

*Narcotica*, vide *Opiata*.

*Narium hæmorrhagia*.

416 Pulvis ad Hæmorrhagiam natrium ad extra Doct. Kegleri.

*Narium ulcera*, vide *Ulcera*. *Narium Nephritica Med.*

36 Aqua Nephritica Fuckerorum.

37 Aqua Nephritica D. Sorbait.

148 Electuarium Nephriticum Zapatæ.

163 Elixir Nephriticum D. Schenkii.

238 Infusio ligni Nephritici D. Cnœffelii.

274 Liquor Nephriticus D. Ferh.

480 Spiritus Antinephriticus D. Batbette.

*Nervorum vulnera*, vide *Vulnera Nervorum*. *Nutrientia Med.*

110 Clyster nutriens D. Morelli.

*Obstructiones*.

343 Pilolæ ad obstructiones Riverii.

409 Syrupus aperiens D. Sennerti.

590 Syrupus e chalyde Mercati.

511 Syrupus e Sanguine cichor. & chamædr. Riverii.

*Oculorum affectus*.

10 Aqua Æsculapii D. Zapatæ.

48 Aqua ad Suffusionem Hollerii.

51 Aqua ad Vulnera Oculorum Hartmanni.

93 Cataplasma ad dolorem oculorum D. Sennerti.

111 Collyrium ad Catarrhactam D. Barbette.

112 Collyrium ad Ophtalmiam Ejusdem.

113 Aliud D. Felveri.

114 Collyrium ad Pannum, s. unguem oculorum D. Foresti.

264 Linimentum ad suffusionem oculorum Borii.

477 Specificum Lucii piscis ad unguem oculorum Hartmanni.

577 Unguentum ad Ophthalmiam siccam D. Sennerti.

578 Unguentu ophthalmicum viride D. Franci.

585 Unguentum ad ruborem Oculorum mihi usitatum.

*Odon-*

*Odontalgica Med.* vide *Dentium vitia. Oedema.*
99 Cataplasma ad Œdema efficax D. Barbette.
*Opthalmia*, vide *Oculorum affectus. Ophtalmica Med.*
40 Aqua Ophthalmica D. Doreti.
41 Alia Externa D. Meihomii. 42 Alia vera Rulandi.
187 Emplastrum Ophtalmicum D. Hoffmanni.
314 Onphthalmicum venereum D. Bierlingii.
538 Tragea Ophalmica D. Screta.

*Opiata Med.*

246 Laudanum liquidum D. Sydenham.
246 Laudanum Opiatum D. Refenbodt.
295 Narcoticum D. Becheri.
315 Opiatum cordiale D. Bierlingii.
359 Pomum Soporiferum D. Coci. 542 Trochisci narcotici Fernelii. *Oris Ulcera*, vide *Ulcera oris*.
*Otalgia*, vide *Aurium vitia. Ponaritium.*
220 Experimentum ad Panaritium D. Sorbait.

*Paralysis.*

20 Aqua Articularis ad extra D. Ettmulleri.
56 Balneum artificiale D. Sorbait.
59 Balneum Nervos roborans D. Michaelis.
60 Balneum Paralytica, & contracta membra restituens D. Capivacei.
64 Balsamum Dorsale, seu Antiparalyticum D. B. O.
214 Essentia sanguinis humani Rulandi.
233 Glutem juniperinum D. Cnœffellii.
490 Spiritus paralyticus D. Screta.
505 Syrupus de Iva Arthetica D. Sennerti.
519 Tinctura Antiparalytica ejusdem.
531 Tinctura radicis Ninsi.
560 Unguentum anserinum ad pàralysin Cratonis.

*Partus difficilis.*

369 Potio ad partum difficilem Riverii.

*Pectoralia Med.*

431 Pulvis Pectoralis D. Michaelis.
432 Pulvis Pectoralis balsamicus D. Wedelii.

*Pediculi.*

579 Unguentum ad pediculos inguinales D. Screta.
*Per-*

*Perniones.*
127 Decoctum ad perniones Sennerti. *Peſtis*.
2 Acetum antipeſtilentiale Doct. Langii.
3 Acetum Peſtilentiale Romanum.
44 Aqua Prophylactica D. Sylvii.
45 Aqua Prophylactica D. Wepfferi.
71 Balſamum peſtilentiale externum D. Tudecii.
72 Balſamum peſtilentiale internum Ejuſdem.
85 Bezoardicum cervinum benedictum D. Herlini.
143 Electuarium exhilarans in Peſte Tabernæmontani.
150 Electuarium ad Peſtem Cratonis.
155 Elixir Antiloemicum Doct. Schenki.
204 Emulſio cordialis in Peſte D. Tudecii.
216 Eſſentia Viperarum.
228 Fumus Peſtilentialis D. Sorbait.
310 Oleum Peſtilentiale Doct. Coci.
345 Pilulæ Peſtilentiales Albert Duc. Bavar.
346 Aliæ Baſileenſium.
347 Aliæ Marburgenſium.
348 Aliæ Tubingeniſum.
399 Pulvis Domeſticus.
435 Pulvis præſervativus in Peſte Reg. Hiſpan.
438 Pulvis Secretus in Peſte D. Burneti.
455 Rotulæ ad Aerem imbenignum D. Anderſon.
451 Rotulæ præſervativæ Doct. Laurentii.
463 Rotulæ ſublinguales in Peſte D. Tudecii.
544 Trochiſci Peſtilentiales interni D. Rolfincii.
576 Unguentum naſale ad Peſtem Grulingii.
10 *Phrenitis*. Aqua Æſculapii Zapatæ.
580 *Phthiriaſis*. Unguentum ad Phthiriaſin D. Sennerti.
13 *Phthiſis*. Aqua Antiphthiſica D. Meibomii.
74 Balſamum Sulphuris D. Weinlini.
118 Decoctum Antiphthiſicum D. Cnœffolii.
128 Aliud D. Ettmulleri.
140 Electuarium Antiphthiſicum D. Winckleri.
151 Electuarium Pulmoniacum D. Coci.
164 Elixir Pneumoniacum Doct. Meibmoii.
201 Emulſio Antiphthiſica Doct. Cnœffelii.

292 Morsuli ad Phthisin D. Grulingii.
320 Pasta Regalis ad Hecticos restituendos Riverii.
328 Pilulæ Antiphthisicæ Doct. Screta.
383 Pulvis Anthiphthisicus D. Mercklini Patr.
433 Pulvis ad Phthisin D. Rondeletii.
465 Saccharum Aluminis D. Dolæi. *Pilorum defluvium*
260 Linimentum ad pilorum a palpebris defluvium D. Sennerti. *Pituitam Præparantia Med.*
554 Vinum ad Pituitam præparandam D. Morelli. *Pleuritis.*
135 Diaphoreticum Tartari pretiosum Zobelii.
283 Mixtura Antipleuritica D. Hedden.
520 Tinctura Antipleuritica D. Timæi. *Plica.*
261 Linimentum ad Plicam D. Cnœffelii. *Podagra.*
153 Electuarium roborans in Podagra D. Sydenham.
170 Emplastrum Antipodagricum D Cnœffellii.
208 Essentia Antipodagrica D. Hoffmanni.
259 Lapis salutis C. Krafft.
311 Oleum contra Podagram D. Bierlingii.
329 Pilulæ Antipodagricæ.
482 Spiritus Antipodagricus Jungken.
555 Vinum præservativum in Podagra Bierlingii.
582 Unguentum contra Podagram celebratissimum Smidmair
583 Unguentum Podagricum singulare D. Dekkers.
*Polychresta Med.*
349 Pilulæ Polychrestæ D. Grulingii.
425 Pulvis Manualis Michaelis.
434 Pulvis Polychrestus Imperialis.
584 Unguentum Polychrestum Arthriticum.
*Porrigo*, vide *Furfures Sapitis*.
*Punctura Tendinum*, vide *Tendinum punctura*. *Pustulæ.*
10 Aqua Æsculapii D. Zapatæ.
46 Aqua ad Pustulas faciei D. Grulingii.
*Purgantia Med.*
98 Cataplasma miraculosum D. Hanemanni.
103 Catharticum cinnamomisatum D. Zobelli.
106 Cerevisia purgantia D. Sydenham.
141 Electuarium Cholagogum Sylvii.
145 Electuarium Hydragogum Ejusdem.

165 Elixir purgans D. Herlini.
188 Emplastrum purgans admirabile D. Cnœffellii.
226 Extractum umbilicale purgans D. Arvisæi.
352 Pilulæ Singulares D. Opilionis.
354 Pilulæ Vitæ D. Belzeri.
396 Pulvis Diasennæ D. Hartmanni.
453 Rosa vitæ mineralis.
462 Rotulæ Purgantes D. Berlingii.
489 Spiritus Panchymagogus Kyperi.
491 Spiritus Salutis Maxuelli.
493 Spiritus Vitæ aureus Rulandi.
501 Syrupus Diacolocynthidos D. Freitagii.
506 Syrupus Magistralis Purgans Riverii.
527 Tinctura Catholica D. Dekkers.

*Rachitis infantum.*

262 Linimentum ad Rachitidem infantum D. Sydenham.

*Renum vitia.*

10 Aqua Æsculapii D. Zapatæ.
248 Laudanum urinarium secretum.
355 Pilulæ ad Ulcera Renum, & Vesicæ D. Barbette.
450 Pulvis ad ulcera Renum Senaerti.

*Res alienæ in vulneribus.*

189 Emplastrum ad res alienas e vulnere eximendas Avicennæ.

*Rhades ani.*

545 Turunda in Rhagadibus, & fissuris Ani D. Michaelis.

*Sanguinem depurantia Med.*

511 Syrupu. e Sanguine cichor. &schamædr. D. Riverii.

*Sanguinis sputum*, vide *Hæmoptisis*. *Scabies*.

10 Aqua Æsculapii D. Zapatæ.
35 Aqua mortua ad scabiem Hartmanni.
249 Lapis Medicamentosus correctus D. Merkelini.
250 Lapis salutis D. Krafft.
471 Sapo artificialis ad cutis vitia D. Horstii.
472 Sapo contra Scabiem D. Wepfferi.
587 Unguentum ad Scabiem D. Sennerti.
588 Aliud D. Sorbait. *Scyrrhus*.
94 Cataplasma ad partes scyrrhosas D. Morelli.
100 Cataplasma ad Scyrrhum D. Barbette.

191 Emplaſtrum ad ſcyrrhoſos tumores D. Hoffmanni.
*Scyrrhus Lienis.*
350 Pilulæ ad Scyrrhum Lienis Hartmanni.
*Sclopetorum Vulnera*, vide *Vulnera ſclopetorum.*
*Scorbutus.*
6 Apozema aperiens, & antiſcorbuticum D. Sydenham
47 Aqua Scorbutica D. Sydenham.
11 Decoctum antiſcorbuticum D. Wieri.
135 Diaphoreticum Tartari pretioſum D. Zobelii.
156 Elixir Antiſcorbuticum D. Michaelis.
330 Pilulæ Antiſcorbuticæ D. Tymæi.
397 Pulvis digeſtivus Scorbuticus Mollenbroccii.
482 Spiritus Antiſcorbuticos compoſitus Roſin. Lentilii.
546 Vinum Antiſcorbuticum D. VVillis.
*Scrophula*, vide *Struma.*
*Serpigo*, vide *Impetigo.*
*Sitis.*
379 Pulvis Antidipnicus D. Screta.
*Soda*, vide *Ardor ventriculi.*
*Somnolentia*, vide *Lethargus.*
*Spaſmus.*
235 Hauſtus ex millepedibus contra Spaſmum D. Wil
428 Pulvis millepedum contra ſpaſmum Ejuſdem.
561 Unguentum Antiſpaſmodicum Riverii.
*Sternutatoria Med.*
440 Pulvis Sternutatorius albus.
441 Alius Nordlingenſis.
496 Succus Sternutatorius D. Dekkers.
*Stomachica Med.*
10 Aqua Æſculapii D. Zapatæ.
154 Elixir abſinthiacum comp. D. Cnœfelii.
166 Elixir Salutis D. Herlini.
192 Emplaſtrum Stomachale Cratonis.
236 Hippocras ſtomachicum.
344 Pilulæ Papales.
421 Pulvis Imperatoris Cephalicus, & Stomachicus.
448 Pulvis Violaceus D. Mayernæ.
470 Sal Stomachicum Eſurinum D. Dolæi.

508 Syrupus mastichinus ad Ventriculum roborandum D. Grulingii.
532 Tinctura Stomachica D. Dekkers.
533 Alia Stockhammeri.
590 Unguentum Stomachale de Salis.

*Struma.*

193 Emplastrum ad Strumas D. Barbette.
321 Oleum ad Strumas D. Coci.
442 Pulvis ad Strumas Argentoratensium.
536 Tragea Bronchialis D. Screta.

*Styptica Med.*

275 Liquor Stypticus internus D. Bucretii.
443 Pulvis Stypticus D. Wepfferi.
444 Alius internus Jungken.

*Sudorifera Med.*

44 Aqua Prophylactica D. Sylvii.
133 Diaphoreticum compositum D. Cnœffellii.
134 Diaphoreticum Tartari camphoratum D. Zobelii.
135 Aliud pretioſum Ejusdem.
485 Spiritus Diaphoreticus Antifebrilis.
492 Spiritus Sudorificus Felic. Wirzii.

*Suffusio oculorum*, vide *Oculorum affectus*.

*Suppurantia Med.*

401 Cataplasma suppurationem promovens D. Morelli.

*Surditas*, vide *Auditus gravis*.

*Syncopes.*

409 Pulvis in Virium languore. & Syncope D. Ettmulleri.

*Tendinum punctura.*

102 Cataplasma ad tendinis puncturam D. Sydenham.

*Tendinum Vulnera*, vide *Vulnera Tendinum*.

*Tinea*, vide *Achores*.

*Tumor Hepatis.*

10 Aqua Æsculapii Zapatæ.

*Tussis.*

136 Eclegma incrassans ad Tussim D. Sydenham.
273 Liquor ex millepedibus contra Tussim D. Willis.
351 Pilulæ Senectutis D. Mercklini Patr.
371 Potio ad Tussim Lotichii.

*Tympanytis*, vide *Hydropes*.

*Variolæ*.

122 Decoctum expulsivum ad Variolas Avicennæ.
123 Aliud D. Lotichii.
134 Diaphoreticum Tartari camphoratnm Zobelli.
135 Aliud pretiosum Ejusdem.
306 Emulsio ad Variolas expellendas mihi usitata.
399 Pulvis Domesticus.
445 Pulvis ad Variolas D. Tuchschereri.

*Veneficium*.

592 Unguentum contra Veneficia decantatissimum Carichteri.

*Venenatus Morsus*, vide *Morsus Venenatus*.

*Venerem simulantia Med.*

167 Elixir Venereum D. Guldenklee.
593 Unguentum ad Venerem Bierlingii.

*Vermes*.

69 Balſamum naturale Golers a Ravensburg.
87 Bolus ad necandos, pellendosque Lumbricos Zapatæ.
188 Emplastrum purgans admirabile D. Cnœffellii.
195 Emplastrum contra Vermes D. Nævii.
215 Essentia contra Vermes D. Michaelis.
266 Linimentum ad Vermes D. Sennerti.
297 Nodulus contra Vermes D. Franci.
446 Pulvis ad Vermes meus.
447 Alius D. Willis.
464 Rotulæ ad Vermes necandos D. Morelli.
594 Unguentum contra Vermes D. Dekkers.

*Verrucæ*.

11 Aqua Aluminosa magistral. D. Sorbait.
196 Emplastrum contra Verrucas.
267 Linimentum ad Verrucas pensiles D. Sennerti.

*Vertigo*.

76 Balsamum ad Vertiginem D. Schalleri.
278 Pulvis Anticlinicus Lic. Lentilii.
338 Tragea ad Vertiginem D Kegleri.

*Virilitas extincta*.

321 Pasta pro placentulis in extincta virilitate D. Cnœffelii.

*Virium imbecillitas*, vide *Syncope*. *Vitiligo*.
595 Unguentum ad Vitiliginem Sennerti.
*Ulcera*.
50 Aqua ad Ulcera narium, & oris D. Sennerti.
105 Ceratum ad Ulcera antiqua Masiero.
197 Emplaustrum ad ulcera Gallica Hartmanni.
149 Lapis Medicamentoſus correctus D. Mercklini.
250 Lapis ſalutis D. Rafft.
268 Linimentum ad Ulcerum vermes D. Barbette.
286 Mixtura detergens ad Ulcera ſordida D. Morelli.
355 Pilulæ ad Ulcera Renum, & Veſicæ Barbette.
439 Pulvis ad ſiccanda Ulcera etiam maligna D. Sorbait.
450 Pulvis ad Ulcera renum D. Sennerti.
581 Unguentum Placentinum ad Ulcera Gallica.
496 Unguentum ad Ulcera tibiarum mihi probatum.
*Unguis oculorum*.
114 Collyrium ad Unguem oculorum Foreſti.
*Univerſalia Med.*
356 Pilulæ Univerſales D. Becheri.
*Vomitoria Med.*
88 Bolus ad vomitum D. Dekkers.
98 Cataplaſma miraculoſum D. Hanemanni.
188 Emplaſtrum purgans admirabile D. Cnœffelii.
362 Potio Emetica D. Sydenham.
453 Roſa Vitæ mineralis.
489 Spiritus Panchymagogus Kyperi.
494 Spiritus Vomitivus D. Roet.
530 Tinctura Emetica D. Bontekoe.
544 Trochiſci Vomitorii D. Bierlingii.
*Urinæ ardor*.
202 Emulſio ad ardorem Urinæ Riverii.
238 Infuſio ligni nephritici D. Cnœffellii.
243 Juſculum ad Dyſuriam Riverii.
248 Laudanum urinarium ſecretum.
294 Morſuli ad urinæ acrimoniam mitigandam D. Langii.
*Urinæ incontinentia*.
198 Emplaſtrum ad Urinæ incontinentiam Riverii.
*Urinam moventia*, vide *Diuretica*.

*Uteri vitia.*

10 Aqua Æsculapii D. Zapatæ.
324 Pessarium in Uteri hæmorrhagiis D. Albrecht.
495 Spiritus uterinus Jungken.
597 Unguentum ad Uteri Rhagades Grulingii.

*Vulnera.*

7 Apozema Vulnerarium Sylvatici.
8 Aliud D. a Werthern.
51 Aqua ad Vulnera oculorum Hartmanni.
52 Aqua Vulneraria D. Roderi.
65 Balsamum Hispanicum.
69 Balsamum naturale Golers a Ravensburg.
75 Balsamum Tabaci.
77 Balsamum Vulnerarium D. Barbette.
78 Aliud Hartmanni. 79 Aliud Magati.
80 Aliud Samaritanum. 81 Aliud Sennerti.
82 Aliud Comitis a Solms, 83 Aliud D. Wolffgangi.
132 Decoctum vulnerarium D. Sorbait.
181 Emplastrum domesticum ad Vulnera Hartmanni.
189 Emplassrum ad res alienas e vulnere eximendas Avicennæ.
199 Emplvetrum Vulnerarium D. Barbette.
249 Lapis Medicamentosus correctus D. Mercklini.
269 Linimentum ad Vulnera Sclopetorum Paræi.
307 Oleum Hispanicum ad Vulnera brevi tempore sananda.
372 Potio Vulneraria Sylvatici.
373 Alia Secretissima D. a Werthen.
452 Pulvis ad Vulnerum hæmorragiam Barbette.
534 Tinctura Traumatica D. Screta.
564 Uuguentum digestivum ad Vulnera D. Barbette.
570 Aliud D. Sennerti.
575 Unguentum Mendicorum ad Vulnera.
598 Unguentum ad Vulnera capitis Conciliatoris.
599 Unguentum ad Vulnera nervorum, & tendinum Barbette.
600 Unguentum ad Vulnera Sclopetorum Ejusdem.

*FINIS.*

THE-

# THESAURUS
# LUDOVICIANUS
*SIVE*
## COMPENDIUM MATERIÆ MED.
SELECTUM
## EX B. LUDOVICI
## PHARMACIA,
*Moderno ſæculo applicanda; & editum olim ab Anonymo Francofurti ad Mœnum.*

NUNC AUTEM DENUO

Recenſitum exactiſſime, Notis, Doſibus, & Indicibus neceſſariis illuſtratum.

*OPERA ET STUDIO*

WOLFANGI CHRISTIANI, D.M.

# PRÆFATIO.

Quod ante annos aliquot Francofurti ad Mœnum prodierat COMPENDIUM MATERIÆ MEDICÆ LUDOVICIANÆ, exhibetur tibi hic denuo, L. B. sed iis nominibus auctum, quæ titulo expressa habes. Videram nempe, opusculum hoc, præcipue in gratiam Juniorum Medicorum esse concinnatum, tamquam Vademecum, ubi in promptu haberent selectissima, & facillima remedia ad morbos quosvis: hinc omnino necessarium duxi adjicere eorumdem dosin, quæ Tyrones maxime tenet perplexos. Porro, nec inutile, nec ingratum fore putavi, si adderetur Index specialior Virtutum, in quo protinus, & uno, eodemque obtutu reperire possent Philiatri, quod e re sua foret. Sed cum Index ipsarum Remediorum, non proficuus tantum, sed plane necessarius esset, eumdem disposui per Classes Officinales, ut typi loco inservire posset illis, sive Medicis, ſive Pharmacopæis, qui Dispensatorium aliquod

*juxta hanc normam constituere vellent. Denique, cum Author noster in Pharmaciæ suæ Appendice etiam Myrothecii portatilis exemplar nobis reliquerit, ejusdem Ingredientia, passim in hoc Compendio sparsa, asterisco notavimus. Hæc sunt, quæ de instituti nostri ratione nosse, tua intererat. Vale.*

# PURGANTIA
## VEGETABILIA.

JAlapii Radix in pulveribus a ℈ j. ad ʒ j. pro dydrogago, & phlegmagogo.

* Resina (a) ejusdem s. Magisterium decenter dilatatum pro delicatioribus, a gr. iv. ad gr. xv.

Aloe selectior, Succotrina, vel Hepactica, (b) a quisquiliis, & resinositate sua aqua simplici sollicite sequestranda, & in vaporis balneo ad pilularem consistentiam evaporanda, ℈ ß. ad j.

Liquor ejusdem, cum salis essentialis, vel alcali tartarei aliquota parte, de quo sub titulo Laxantium.

Sena recens, in decoctis tartaro puro, in infusis alcali aliquo corrigenda. Sumitur hac forma, a ʒ ij. ad ʒ vj.

* Extractum simplex, subtriplo, vel subquadruplo ad folia saccharo conditum pro mollioribus, liquidisque formulis, ʒ ß. ad ʒ j.

Scammonium. Stimuli loco ad gran. ii. iij. pro basi ad ℈ ß.

* Pulvis ejus polychrestus, santali, vel papaveris erratici tinctura coloratus, compluribus formulis mixtus, præ magisterio aptior, mucagineam tamen & fere rodentiorem scammonii partem una retinens, quam si quis veretur, in promptu est.

Magisterium, sive Pulvis Syrius officin. ardente spiritu,

---

(*a*) De præparatione hujus resinæ, ejusdemque debita dilatatione, vid. Collectan. Chem. Leidens.

(*b*) Prolixiorem hujus processus descriptionem, vid. in iisdem Collectan.

ritu, aut aliis additamentis non conglobantibus; probe dilatatus. Dosis utriusvis, a scrup. sem. ad grani xv. (*).

Helleborus niger verus. Radix, & folia.

Dosis a ℈ j. ad ℈ ij. in infuso a ʒ j. ad ℥ ß.

Extractum ejus, aqua simplici parum prius alcali aliquo tartareo, vel nitroso exaltata paratum ℈ ß.

Colocynthidis extractum, aqua simplici, sal. tart. tantillo alterata parandum, & stimuli loco cœteris addendum, gr. ij. v.

Rhabarbarum pulverisatum, cum, vel sine tartaro ʒ ij. ad ʒ j. ß.

* Tincturam ejusdem, cum alcali alicujus subtriplo, & aquæ hepaticæ spirituosioris sextuplo conficienda. Dos. ad cochl. aliquot.

Gutta Cambodia, per se, paucis olei alicujus destillati, vel spiritus acidi guttis alterata; a gr. v. ad viij. vel

Magisterium commune, aut santalo, papavereve tinctum, vel potius adhuc

Pulvis, ad modum pulveris polychresti scammoniati extractus. Dosis utriusque ℈ sem. ad summum.

Euphorbium, a gr. v. ad ℈ ß. Nobis potius pro errhino usurpatur, in quem finem ejusdem ʒ ß. in aqua font. ℔ ß. coquimus, & colaturam naribus illinimus, vel attrahimus. Inservit etiam Chirurgis ad compescendam ossium cariem, si iisdem illinitur, vel aspergitur.

Pulvis purgans ℈ j. ad ij.

* ℞ Rad. jalap. part. iv. magist. ejusdem, vel scammon. part. i. nucis moschat. vel olei ejusdem parum. M.

Pulvis purgans in febribus ℈ j. ad ij.

* ℞

---

(*) Qui curiosis, & elegantibus ducitur præparationibus, habeat sibi scammon. aosat. *Salzvvedelianum* F. F. s. Rubinum vegetabilem.

* ℞ Rad. jalap. par. ij. antimonii diaph. non edulc. part. i.

Vel.

℞ Tartar. puriss. pulv. jalap. ana part. ij. resin. scammon. part. i. M.

Pilulæ purgantes pro tenerioribus, & Hypocondriacis ℈ j. ad ʒ ß.

℞ Jalap. pulv. scammon. vel ejus res. ana q. v. M. c. aloes depuratæ diluto f. Massa Pilul.

Vel:

℞ Jalap. pulv. resin. ejusdem, vel scammon. extr. helleb. nigr. vel coloc. vel aloes depur ana q. pl. M. f. Massa Pilul. (*)

Morsuli purgantes.

℞ Jalap. pulv. ʒ ß. crem. vel acidi tartari ℈ ij. resin. scamm. ℈ ß. sacch.albis. in aq.ros. sol.℥ ß. M. f. l. a Morsuli, conspergendi, dum effunduntur, succo oleoso cort. citri. Dosis a ʒ j. ad ij. iij.

Electuarium, vel Bolus, fit simplicissime ex prædictis pulveribus, vel resinis, cum conserva rosarum, aut alio quodam rob subactis.

Liquor purgans parari potest e magisterio jalapii, vel scammonii, aut utriusque ana; soluto in duodecuplo S.V. mediocriter rectificati. Dosis a ʒ j. ad ij. edulcor. tempore usus, per essentiam liquiritiæ, vel papaveri erratici.

Emul-

---

(*) In hanc classem adhuc refertur extr. panchymagogum, quod author pro myrothecio portatili requirit: estque, juxta Augustanos, sequens.

Scammon. ʒ ß. rhab. electi, sem. ebuli ana ʒ iij. colocynth ʒ v. agar. opt. ʒ iij. ß. turbith. gummosi, hermodact. ana ʒ ij. ß. veratri nigri ʒ fol. senn. ℥ j. S. V. q. s. stent simul in infusione loco calido, & exprimantur, in express. dissolv. aloes succotrin. ℥ j. ß. filtr. & S. V. abstr. ad debitam consistentiam. Dosis a ℈ ß. ad ʒ ß.

Emulsiones, ac potiones purgantes ex tempore parari possunt, si resinæ jalapæ, vel scammonii singulæ dosis cum duabus, vel tribus excorciatis amygdalis conterantur, addita aqua rosarum, vel acaciæ, si lacteus color displicet, syrupo papaveris erratici. Vel ex jalapii solitarii, aut quarta magisterii parte acuati dosi, cum essentiæ ribium, vel cerasorum saccharatæ drachmis duabus, vel tribus, & æquali quantitate aquæ rosarum, aut acaciæ.

Vinum purgans: fit simplicissime infundendo per noctem, aut 24. horas, folior. senæ ℨ iij. aut iv. cum nitri fixi antimoniati ℈ j. vel ℨ ß. & tantillo aromatum, vel radicum alternantium acceptiorum.

## LAXANTIA.

Pilulæ laxativæ.

* ℞ Aloes select. q. v. Pulverisatæ affunde aq. viol. ad eminentiam quatuor digitorum, & digere in loco calido per triduum. Hinc processum toties repete, donec aqua amplius tingi recuset; tunc tincturas omnes evapora usque ad consistentiam mellis: quo facto, adde succi violarum ana, & coque invicem, usque ad consistentiam Mass. pilul. Habebis pilulas illas decantatas F. F. Adhibeantur maxime hora somni a ℈ ß ad j. mane continuatis, pro exigientia affectus, tincturis, & essentiis martialibus, hystericis, cephalicis, &c.

Dilutum aloeticum laxativum. Solve pilulas laxantes cum suboctuplo salis tartari communis, aut essentialis, vel etiam nitri fixi, in sex partibus aquæ alicujus spirituosioris, v. g. absinthii, aut alius competentis.

Infusum senæ laxativum, in modum vini purgantis paulo ante descripti. (*) Po-

(*) Ita v. g. ℞ Passul. min. ℔ ß. sol. sen. s. s. ℥ j. ß. cort. citrin. cinnam. ana ℥ ß. cremor tartari ℨ vj. sem. coriandri ℨ ij. contus. minutim, affunde vini albi veteris, aut, pro abstemiis, aq. font. ℔ vj. repone ad digestionem per diem, & noctem, postea recipe mane, & vesperi de colatura haustum modicum.

*Potiuncula laxativa*, ex jalappæ granis aliquot cum s. q. aq.ros. vel acaciæ, & essentia fructuum acidulorum sub semunciali dosi: vel ex extracto senæ, in iisdem aquis diluto, accedentibus abstersivis tartareis, antimonialibus, martialibus.

*Pulvis laxativus*, ex pulv. jalap. gr. iv. vj. vel viij. solitariis, vel tartari puri ℈ j. circiter sociatis.

Pulvis laxativus infantium ℈ j. ad. ʒ ß.

* ♃ CC. sine igne præp. part. iij. pulv. jalap. p. j. M.

*Clysteres* emollientes, & anodyni domestici, parandi ex lacte, aut jusculo carnis vitulinæ decoct. cum fl. chamom. herb. malv. parietariæ, &c. melle.

*Suppositoria* varii generis, e lardo, sapone, frusto candelæ, adipe, ficu, melle, vel alumine paranda, & pulvere jalapii acuenda.

2. *Mineralia*.

*Mercurius crudus*, a ℈ j. ad ʒ j. cum duplo sacchari subigendus, ad lumbricos, pro infantibus.

* *Dulcis*, crudi, & sublimati, ana, præter propter semel tantum sublimatus, calidaque postea elotus, purgantium pilularum mediocri dosi (ad gr. vj. aut ℈ ß.) ex tempore addendus.

## VOMITORIA.

IRis Florentina, pro infantibus recens natis, aut aliquot septimanarum, quibus ad gr. iij. iv. vel data, vomitum excitat.

*Antimonium*, unde.

*Crocus Antimonii*, vel *metallorum*: fit, ex Antimonii*, & nitri, ana detonatione in crucibulo, vel, pro salvando clyssiformi spiritu, in retorta perforata, & subsequa edulcoratione, unde nitrum fixum habetur.

* *Tartarus emeticus*, e croci metallorum, & tartari purioris, ana, in duodecuplo aqnæ fontanæ calidæ per triduum in loco tepido infuso, cocto, & mox filtrato, ac ad dimidium exhalato, ut intra diem, & no-

ctem crystalli emetici accrescant, quorum dosis est a gr. j. ad iij. vel iv. durissimis v. vel. vj.

* *Oxysaccharum emeticum*, e croci metallorum ℈ viij. in acuti ℥ x. per triduum digestis, filtratis, ac cum ana ſacchari in syrupum, per simplicem solutionem mutatis, denique, si lubet, essentiæ papaveris erratici drachma una tingendis. Dosis pro adultis est a ʒ ij. ad ℥ ß. infantibus trimestrib. gr. ii. anniculis gr. vi. ad viij.

*Syrupus emeticus*, e croci metallorum ʒ ij. in succi rubi idæi ℔ j. in loco calido tamdiu digestis, donec succus fermentativum suscipiat motum; postea filtratis, &c. s. q. sacchari in syrupum inspissatis. Dosis, ut oxysacchari præcedentis.

*Turpethum minerale*, e Mercurio sublimato, methodo Zvvelfferiana in aqua calida soluto, & per ol. tartari præcipitato, tandemque edulcorato, & siccato. Dos. est a gr. iij. ad iv.

*Mitius Emeticum Mercuriale* fit ex tartari emetici, aut Mercurii vitæ dimidia dosi ( gr. ij. ad iij. ) cum Mercurii dulcis proportionata quantitate ( gr. x. ad xj. ) robustioribus exhibenda.

## DIAPHORETICA.

### 1. *Vegetabilia.*

L*Ignum Guajacum* cum *cortice* suo intormixto, pro decocto antivenereo.

* *Camphora*, a gr. iv. ad ℈ ß.

* *Essentia* ejusdem, cum S. V. elchoolisato camphoræ subtriplum absorbente paranda, & tincturis succcini, atque castorei in hysterica passione, aut aquis nervinis ad externos in defluxionibus usus ex tempore specificanda Dosis a gult. vj. ad xij. imo urgente necessitate cochl. i.

*Angelica* nostras, vel *Carlina*, ℈ j. ad ij.

*Oleum alexipharmacum* compositum, ex angelica, carlina, petasitide, & aliis congruentibus vegetabilibus, ut junipero, cort. citri, ruta, &c. destillandum. gutt. x.

*Extratum alexipharmacum*, e prædictis solidioribus radicibus,

bus, cum accessorio ex animali, mineraliqne regno ex tempore combinatum, loco antidoti. ℈ ß. ad ʒ ß.

*Helenium* in substantia ad ʒ ß.

*Essentia ejusdem*, e magmate, quod aqua simplici, nitri fixi suboctuplo ad radicem acuata, in Vaporis balneo, colligitur, per sextuplum S. V. rectificati sequestranda: gutt. x. ad xx. cochl. ß.

*Rutæ oleum Destillatum*, prompte, si iubet, in balsamum redigendum; Dosis olei intus est a gutt. vj. ad x. balsamum nonnisi exterius usurpatur.

*Myrrha* polycresta, ad usus internos selectior, ℈ j. ad ʒ j.

*Essentia ejusdem* liquida cum quadruplo nitri fixi, & spiritus ardentis octuplo parata in usus hystericos. Dosis infan. gutt. ij. ad vj. adultis gutt. xv.

*Extractum* cum S. V. factum ℈ ß.

*Aqua* aliqua *pro vehiculo diaphoreticorum*, v. g. *fumariæ*, cum pauxillo S. V. pro meliori conservatione, destillata.

*Sal fixum e millefolio, absynthio, artemisia*, vel solitarium, vel simultanem, sive puta lixiviosum, sive aliqualiter sulphuratum, addito nitri, & fl. salis ammoniaci singulorum subtriplo, facile in sal febrile mutandum. ℈ ß. ad ʒ ß.

*Scordium.*

*Gentiana.*

*Juniperi baccæ*, earumque *Rob.*

*Oleum*, e baccis non fermentatis destillandum, gutt. iij. ad vj.

*Zedoaria, Fraxinella*; vel *Asclepias*, antidotis tinctoris, vel essentiis adjicienda.

*Scorzoneræ extractum* saccharatum, gratioribus, & acidulis fructum cordialium essentiis superaddendum.

*Sambuci rob*, pro plebejorum sudationibus.

* *Tinctura Bezoardica*, ex antepositis, paucis radicibus, cum myrrha, croco, ac, si lubet, aliquot a pulveris vipeini parte proportionaliter conflata, & pro ℥ x. totius, opii ʒ j. cum portiuncula castorei, exaltata, ac S. V. octuplo infusa, tandemque filtrata. gutt. xxx. ad lx.

* *Mixtura simplex, sive spiritus diatrion*, ex tincturæ bezoardicæ commnnis, & ʒ ij. essent. camph. prius exaltatæ, ℥ x. Spiritus Tartari ℥ viij. & Spiritus Vitrioli subtilioris ℥ ij. paranda, & essentia papaver. errat. coloranda. Dosis est a gutt. xxx. ad lx.

* *Tartari spiritus*, e Tartaro crudo, cum ana aluminis, crudi, vel usti, destillatus, penetrantissimus, etiam non rectificatus. ℈ j. ad ij.

*Oleum*, minus fœtens, per cineres rectificandum, balsamum pro gregaris in contusionibus resolvens, ac nervinum.

*Acetum bezoardicum*, ex simplicibus antedictis paratum, vel etiam *rutaceum*, succo citri conditum, pro curativo, & præservativo in malignis, cochl. j. ij. iij.

*Balsamum, sive oleum loimicum*, ex succini, juniperi, rutæ oleis destillatis, inter se, vel cum camphora insuper, aut balsamo sulphuris mixtis, gutt. iij. v. ad x.

*Elæosaccharum alexipharmacum*, ex oleis predictis cum saccharo facile parandum.

*Electuarium diaphoreticum, sive Bolus*, fit si radicum aliquot, gummarum, imo pulveris quoque viperini, vel colubrini, sulphuris, terræ sigillatæ, aut consimilium ℔ j. præterpropter, addantur aromaticorum, croci, cinnamomi, cardamomi, vel caryoph. conjunctim ʒ ij. opiique crudi selectioris ℥ v. vel extracti, ejus spissi ʒ iij. ac totum hoc mellis simplicis, vel juniperini triplo excipiatur, post fermentationem etiam oleis supradictis, usus tempore, pro re nata, exaltandum. Porro singulæ doses ( quæ sint a ʒ j. ad ij. ) extracto aliquo alexipharmaco, aut antidysentarico ( competenti aliquo menstruo antea præparato ( specificari; vel camphora, ejusve essentia aut floribus salis armoniaci, ac consimilibus volatilibus facile ( pro indicationum ratione) determinari; aut denique martialibus, sive jovialibus exstimulari poterunt, & ita in malignis quibusvis diaphoreticum habebis certissimum.

*Trochisci sublinguales* ex supradictis parabilioribus.

* *Pulvis bezoardicus*, ex CC. Philos. præp. par. ij. terræ sigill. unic. fossil. ana par. j. qui exaltari potest per antimonialia, jovialia, sulphurea, cinnabarina, colubrina, opiata,

opiata, pro ſingula doſi, ( quæ ſit a ℈ ß. ad ʒ ß. ac non ſolum adultis, ſed & infantibus propinari in caloribus, vagis, & permanentibus, exanthematis, variolis, & morbillis non adeo malignis, convulſionibus, terroribns, torminibus, & clamoroſis inquietudinibus.

* *Pulvis antipleuriticus*, ex oſſium capitis lucii piſcis part. ij. ſanguinis hirci rite tractati, & ſulphuris citrini ana par. j. confectus. abſque prævia V. S. & ſine poſtmodum, vel cum pauxillo opii ( premiſſa tamen in ferociori malo mixtura ſimplici, & interpoſitis expectorantibus liquidis ) bis vel ter, a ʒ ß. ad j. exhibendus; quo facto, cura invertentibus cancrini, & corallinis pulveribus, aliquantum, aut nihil opiatis concluenda eſt. Idem pulvis in febribus continuis, ac malignis pleriſque citra V. S. laxationes, & clyſteriſationes ( malo prius per mixturam ſimplicem, in vomitu ſymptomatico aliquot guttis tincturæ anodynæ fortificaudam, vel ſpiritum CC. infracto, ſi paulo vehementius fuerit ) reſiduum materiæ morbificæ prompte ſubigit, intercalato ad ſiticuloritatem ſpiritu ſalis, clyſſo, aut rore minerali in potu, vel nitro, ſi vomitus, & diarrhœa abſint; in anxietatibus autem electuario alexipharmaco, vel mixtura ſimplici in tertiata, aut ſubquadrupla doſi: & demum in nauſeis, diarrhœis, vigiliis, ac inquietudinibus, laudadani alii aſſociati circiter gr. j. ante, & poſt morbi ſtatum, urgente neceſſitate, tutiſſimo; ſed in Hungaricarum exquiſitarum fervore noto, & nonniſi in declinatione, ubi omnino requiritur, exhibendo.

## 2. *Animalia*.

* *Concharum oblongarum Pulvis*, solitarius, aut cum cinnabari nativa, pulvere anodyno mixtus: item sal febrile supra prescriptum, in febribus tertianis, & quotidianis intermittentibus, post catharticum, præsertim emeticum, proficiuum, ut in quartanis Spiritus volatiles opiati combinati curam absolvunt.

*Cornu cervi*, sponte deciduum, aut satis maturum.

*Philosophice per cocturam in aqua simplici paratum*, bonum in malignarum statu temperans, ℈ ℈ ß. ad j.

*Ustum*, ex Spiritu destillati residuo, leviter denuo calcinato. ℈ ß. ad ʒ ß.

* *Spiritus*, cum affus. quadruplo S. V. rectificandus, penetrantissimum in malignis plerisque alexipharmacum, & soporosis affectibus cephalicum, extus quoque sale volatili dispensatu semper commodior. ℈ ß. ad ℈ j.

* *Magisterium*, e cornu raso, per spiritum nitri soluto, & post mediocrem hujus abstractionem, aqua simplici edulcorato, pro infantibus, & pueris, in quorum potu pene insensibiliter difluit. ℈ ß. ad gr. xv.

*Vitriolatum*, sive ustum, cum ana spiritus vitrioli rectificati imbibitum, ac sponte siccatum; ad alterandum, & in fluidis affectibus, ad subadstringendum aptissimum. ℈ ß. ad gr. xv.

* *Vi-*

---

Pulvis iste, non solum in febribus hic memorati stricte, sed & prætcrea in ebullitionibu., præsocationibus præcordialibus, in morbis fluidis, aliisque siomachi, & intestinorum exotericis acoribus, &c. solitarie, vel cum corallinis, cancrinis, martialibus, aut cinnabari bativa oroficuus est. Dosis ℈ j. ad ʒ j.

* *Viperarum, Columbrorumque pulvis* simplex, floribus salis armoniaci, vel oleo quodam destillato (*a*) conditus, ac *Brzoasdicum animales simplex* dictus; contra sui generis venenum præservatorie plerumque parum, contra natricum morsus nihil, curatorie vero hic, & in aliis venenis multum potest. In extreme tamen malignis, & intermittentibus febribus parum hucusque juvit; neque multo plus præstitit in psora inveterata, & dispositionibus leprosis, ubi sæpe cutaneos ardores intendit, & tincturis antimonii, atque corallorum, nec non præcipitantibus insipidis, nitro, &c. cedit. Dosis ejus est a ʒ ß. ad ʒ j.

* *Pinguedo*, super ignem frigendo a crassamentis separata, in puncturis nervosarum partium, atque sinoviis barycoja, & oculorum, etiam rubentium, pustulis, profundisque vulneribus, si guttula ejusdem bis, vel ter de die instilletur, singulare remedium est. Loco hujus, si deficiat, substitui potest *hepas mustelæ piscis*, super ignem lentum liquatum.

*Scorpionum oleum* simplex, per infusionem horum insectorum in oleo olivarium paratum, ad morsus serpentum, ictus scorpionum, aranearumque, & conspurcationem bufonum.

* *Urinæ spiritus*, ex sale armoniaco, cum sale tartari, aqua simplici, vel S. V. diluto, vel cum calce viva destillatus. gutt. iv. ad xv.

*Sal armoniacum fixatum*, ex spiritus præcedentis cum calce viva facti capite mortuo elutriatum, & facile in *liquorem nephriticum* redigendum, cujus dosis est ad gutt. vj.

*Sal Hypochondriacorum* fit, dum e spiritus urinæ cum sale tartati confecti capite mortuo elutriatum, & coagulatum sal per retortam iterum destillatur, & hujus residuum caput mortuum S. V. denuo extrahitur, huicque liquori salsissimo spiritus vitrioli instillatur, unde precipitatur coagulum acidulum instar magisterii plumosi splendens, quod

 bonum

(*a*) Ne nempe tam cito a vermibus corrodatur.

bonum est aperitivum, ℈ ß. ad ℈ j.

* *Spiritus salis armoniaci acidus*, ex spiritus urinæ, & salis armoniaci cum sale tartari parati residuo, spiritu vitrioli perfuso, per retortam in arena destillatus, præcedentis laboris est parergon. Spiritus autem *salis asmoniaci urinasus*, præter usus internos, etiam suos habet externos in obstructione mensium, ubi illius vapor per tubulos vitreos utero excipitur. Item in aurium tinnitu, ac surditate, quam vapor hujus spiritus, cum oleo tartari subito guttatim contusi, per vitrum colli angustioris in aures receptus solvit. Urinosi dosis interna est a gutt. vj. ad x. acidi a gutt. iij. ad xv.

*Lucci piscis ossa* quæque ex capite, ut & trutarum linguæ intermixtæ, & congenerum piscium dentatorum ossicula, absque cartitagine pulverisata, materia acidam, vel acrem in primis viis, & circa ipsam pleuram; modo supra (*a*) exposito invertentia.

*Hirci sangis*, cum sero suo in vaporis balneo, citra combustionem debite exsiccatus, in casu ab alto & pleuritide sanguinis coagulum resolvens. ʒ j.

### 3. *Mineralia*.

*Terra sigillata* quæcumque selectior, & rubra, illota, purior tamen, etiam absque impresso sigillo, experientia comprobata. ℥ ß. ad ʒ j. ß.

*Unicornu fossile*, compactum, neque per subterranea aliena erosum, vel corruptum. ℈ j. ad ʒ j.

* *Antimonium diaphoreticum*, per unicam, & simultaneam cum nitri triplo calcinationem, & subsequam edulcorationem ( nisi particulam pro purgantium stimulo seorsim asservare placeat ( paratum. ℈ ß. ad ʒ ß.

Be-

(*a*) Pag. 1. & 14. ubi agitur de pulv. antipleuritico, & concharum oblongarum.

* *Bezoardicum minerale*, si a mercurio vitæ, vel croco antimonii, vel etiam a sulphure aurato antimonii sextuplum spiritum nitri optimi ad siccitatem usque abstrahatur, vel denique ex butyro antimonii cum spiritum nitri præcipitato, subsidente pulvere dein aqua calida edulcorando. Sudorem movet, per se, vel cum cervinis exbitum. gr. v. ad xv.

*Diaphoretici solaris*, vel *lunaris* loco singulis bezoardici hujus, vel antimonii diaphoretici dosibus dimidium, & ultra cinnabaris nativæ adjiciatur.

* *Diaphoreticum martiale*, si mars prius cum ana antimonii per continuas agitationes in scorias redigatur, ac postea cum nitri part. iij. successive detenetur. Utiliter exhibetur in ictero, scabie, &c. ℈ ß. ad ʒ ß.

*Sulphur antimonii*, ex antim. crudi, cum sale tartari, vel nitro fixo calcinati tinctura, S. V. rectificato extracta, & instillatis acidis præcipitata subsidens, aceti destillati, vel alterius cujusdam acidi abstractione fixatum, in cachexiis contumacioribus solitarie, vel cum præcipitantibus diaphoreticis cinnabarinis &c. datum, gr. v. ad xv.

*Tinctura sulphuris antimonii*, per spiritum salis tarteri facta, vel, si acidam cupis, e croco antimonii, aut sulphure solari per acetum destillatum forte, aut spiritum æruginis primum; & hoc abstracto, denuo cum spiritu ardente extracta, vel compendiosius ex sulphure aurato antimonii cum duodecuplo aceti simplicis digesta, & post evaporationem cum spir. vini extracto, parata. In humorum impuritatibus, cachexia, scabie, &c. gutt. v. av x.

*Butyrum antimonii*, e mercurio sublimato, & antimonio crudo, adjecto uno, alterove cochleari aquæ fontanæ, destillatum; quod cinnabarin antimoaii, spiritnm vitrioli philosophicum, qui paratur, si octupulum, vel decuplum aquæ frigidæ butyro antimonii affundatur, & filtretur) mercurium (præter vivum purissimum) vitæ, in bezoardicum minerale, vitrum regulumve commode redigendum fundit.

*C

* *Cinnabaris antimonii*, ex antimonii crudi, & mercurii sublimati, ana ℔ j. ad. ℥ iij. aut iv. per destillationem igne minus intenso, habenda, loco nativæ usarpari, vel eisdem associari, aliisve diaphoreticis permisceri potest, uti præsens simptomatum concurrentium deleterium, gr. vj. xv.

* *Cinnabaris nativa* selectior, non tantnm diaphoretica notabiliter, exaltat, & epilepsiam ( etiam recens natorum) sedat, sed & hystericarum, colicorumque tormina ( ne opiatis quidem placanda ) vertigines arthritides vagas, dentium, aliarumque partium nesvosarum dolores, cutaneosque affectus complures, solitaria, vel præcipitantibus, aliisve specificis sociata lenit, & tollit. In phantasiæ insuper vitiis, morbillis, petechiis, &c. plurimum confert. gr. iij. ad viij.

*Sudoriferum maximum* Juviale P. Fabri habetur, si saltem amalgama ex ana Jovis Anglici, & mercurii vivi paratum; pulverisatum, & cum ana sublimati probe mixtum in retortula igni arenæ mediocri ( indito in recipiens aq. simplicis ad pondus omnium ingredientium subquadruplo ) subjicitur, liquor, statim, & vix horæ spatio transiens residuo in retorta affunditur, totumqne calefactum, ac probe agitatum per emporeticam duplicem madidam fiiltratur; quod charta hic absorpsit, una, alterave aquæ simplicis unica, postmodum transcolata quasi eluitur, adjecta pro singulis ingredientium primitivorum ( mercurii scil. vivi, sublimati, & stanni ) libris, nitri crudi ℥ ß. & omnis liquor ad extremam usque guttulam, atque totalem nitri exaustionem per arenam, igne sub finem forti destillatur, unde pulvis, edulcorandus in fundo relinquitur, qui ad gr. vj. aut x. fatis neque tamen adeo hyperbolice diaphoreticus, & antihectico Poterii, per simplicem reguli ( ex antimonio, stannoque per fusionem parati ) calcinationem, cum triplo nitri confecto superior est.

*Aurum* crudum subtilissime limatum.

* *Argenti* fini ex aqua forti muria præcipitatum magisterium, per se, vel cum martialibus dutum. gr. v. ad vj.

*Tinctura* ex hoc magiſterio, per ſpiritum ſalis ammoniaci, vel ſpiritum ſalis tartari parata. gutt. iv. ad x.

*Sulſur crudum* ſelectius, extra vulgares, in quibuslibet malignis, rabidis, obſtructis, &c. abuſus, euporiſton polychreſtum, pulveri pleuritico, vel bezoardico, aliive cuidam gratiori, in febribus catarrhalibus epidemicis, Hungaricis nonnullis, aut mage peſtilentialibus addendum, ℈ ß. ad ʒ ß.

*Lac ejuſdem*, ex ſulphure crudo, cum aqua calcis vivæ percoquendo, aut alcalibus illiquando, & poſtmodum urina præcipitando confectum, in bronchiorum infarctu prodeſt, ℈ ß. ad ℈ j.

*Balſamum ſulphuris terebinthinatum*, ex tempore, ſi lubet, oleo deſtillato fœniculi, vel aniſi exaaltandum, & pro re nata quoque caſurandum. Fit autem vel e crudo ſulphure, ſub proportionali ad ſolvens pondere per ſimplicem in retortula diſſolutionem, vel etiam ex hepate ſulphuris, quod ex ſulphure, & pluſquam ana ſalis tartari ſimul fuſis paratur. gott. v. ad xv.

*Balſamus ſulphuris externus*, cum hyoſcyami, papaveris, aut amygdalarum oleo e crudo ſulphure per liquationem paratus, & pro lubite camphoratus. Inſervire poteſt pro emplaſtre diaſulphuris, quale ſimpliciter fieri poteſt e pice ſutoria, & ſulphure pulveriſato inſperſo.

*Aqua calcis vivæ ſulphure ſaturata*, bonum quidem, ſed circumſpectionis indignum eſt topicum, ne in ſui ſimiles ſalinos humores incidens æque, ac oleum tartari cum amygdalino concuſſium, malum potius augeat.

*Pulverem pectoralem ſulphuratum* vide infra.

* *Flores ſalis ammoniaci urinoſi*, de ſale tartari, vel nitro fixo ſoblimati. gr. v. ad xv.

DIU-

# DIURETICA
## LITHONTRIPTICA
## *ALIAQUE*
## Aperientia, et Detergentia.

### 1. *Vegetabilia.*

*Tartarus selectior*, & quasi per se crystallisatus, ʒ ß. ad ʒ j.

*Acidum tartari*, semel tantum, considerateque depuratum: ℈ ß. ad ℈ j.

*Tartarus martiatus*, extemporaneus, per vitrioli martis cum acido tartari commixtionem: gran. v. ad xv.

*Sal tartari fixus*, ex spiritus capite mortuo, etiam ulterius non calcinato, per elixiviationem secretus: ℈ ß. ad ʒ ß.

*Tartarus vitriolatus*, parergon plurium præcipitationum; vel communi more per salis tartari cum spiritu vitrioli saturationem; vel si tartaro tartarisato in aqua soluto similiter spiritus vitrioli instilletur: ac totum hinc debite coaguletur: grani vj. ad ℈ ß.

*Tartarus tartarisatus*, ex salis tartari part. ij. & tartari purificati part. iij. paratus, s. per se detur, s. potius in S. V. solvendo in tincturam diureticam, interdum semilaxantem, redigatur, quæ loco cujuscumque tincturæ tartari esse potest. Dosis hujus tartari est in forma sicca a ℈ j. ad ℈ ij. in forma tincturæ ad gutt. xxx.

*Sal tartari essentiale*: fit affuso duodecuplo, vel sedecuplo aceti destillati ad perfectam salis tartari saturationem, & unica S. V. abstractione; vel in forma liquida, si cum aceto destillato, & sale tartari eodem modo procedatur, & magna residuum spi-

ritu

ritu vini solvatur. Alias sal siccum, ob facile deliquium in duplo aquæ alicujus destillatæ, vel spiritus ardentis (simplicis, aut aopropriati) vel etiam elixir proprietatis sine acido dissolutum efficacem sistit tincturam spleneticam, & nephriticam, per se, vel cum aliis, alcalinum consortium ferentibus exhibendam. Dosis salis est a ℈ ß. ad ʒ ß. in forma liquida a gutt. x. ad gutt. xxx. Tincturæ, ad gutt. xx.

*Spiritus salis tartari*, & ejusdem sal volatile: fit ex sale tartari, vel fœcibus vini post spiritus destillationem calcinatis, & cum ana aluminis crudi, vel potius usti destillatis: vel habetur ex oleo tartari nigro, cum sale tartari aliquandiu digesto; vel e tartaro crudo cum alumine destillato; vel denique e fœciaus vini exsiccatis destillatione per arenam elicitur, & post rectificationem super sal tartari cum dauxillo S. V. graveolentiam nonnihil exuit: Bonum diureticum, diaphoreticum, atque resolvens. Dosis spiritus est a gutt. x. ad xxx. salis a gr. iij. ad ℈ ß. aut j.

*Oleum tartari* nigrum, de quo supra.

*Terebinthina* nostras, intus quoque, si certi casus cum laxatione alvi diuresin exigunt, etiam absque lotione per se in emulsionibus, aut mixturis præbenda: ʒ ß. ad ʒ j.

*Spiritus ejusdem* per vesicam destillatus, cum terebinthina restitante, loco coctæ, pro pilulis tum per se, tum adjecto diuretico, catharticove quodam stimulo ex tempore danda. Dosis spiritus est a gutt. iv. ad xij.

*Juniperina* vide supra.

*Baccarum alkekengi extractum* liquidum, absque saccharo durabile, & simul, pro solanorum natura mitigavimus. Dosis ut Gelatinarum, quam vide ia tabula dosium generalis.

*Hederæ terrestris extractum* saccharatum, alkekenginum supplens, & polychrestum.

*Fragorum aqua* gratior, cum exigua S. V. particula abstracta, sicque durabilis pro vehiculo.

*Onodinis* non tam extractum (bolari tartaro affluen-

tissi-

tissimum, nec in aliis affectibus contemnendum; præsertim si e tenella fuetit planta) quam sal fixum sulphuratum, aut vitriolatum, cum stipitum fabarum, urticæ, genistæ, aliarumve plantarum cineribus parandum, ut habeatur sal catholicum, cujus dosis sit ad gr. x. ad xxx.

*Oleum amygdalinum* intus ad cochl. j. ij. Nucum, hyoscyami, papaveris, &c. extus.

2. *Animalia*.

* *Cancrorum lapilli* (qui, non tantum vivis exempti) pulverisati, solitarie, vel cum opiatorum tantillo dati ad absorbendum, invertendum, & detergendum, tum hic, tum in pleuritide, casu ab alto, ebrium æstu, stomachi angustationibus; aliisque vicinis acoribus, ardoribus, &c. proficui, a ℈ j. ad ℥ j. In rabidorum morsu cineri cancrorum primo mixtura simplex; hinc invertentia bezoardica præstant. Liquor vulnerarius extemporaneus fit infusione ocul. cancr. in vino.

*Calami scriptoris vesiculæ* concisæ, & ad ʒ ß. cum vino, vel aceto sumptæ pleuritides spurias non semel sustulerunt.

*Scorpionum oleum* simplex (de quo etiam supra pag. 16.) per se, vel penetrantioribus terebinthinæ, ceræ, &c. permixtum.

*Cantharides* (*) e quibus etiam paratur

*Vesicatorium* cum ana ceræ, & olei, vel pinguedinis leporinæ, pauxilloque terebinthinæ. Est autem in permultis affectibus usitatissimum ad revellendum, evacuandum, &c. præcipue in doloribus a colluvie serosa: est etiam fonticulis, setacets, & frictionibus cum aquis

---

(*) Usus canthasidum internus dubius est, & periculo plenus: Quod si in extremis extrema tentare coactus es, sequere modum, quem describit Bariholinus cent. 5. hist. 2.

aquis catarrhalibus, aut nervinis spirituosis ammoniacalibus, item oleis, linimentisque resolventibus ob sensibilem evacuationem præsentius.

*Emplastrum pro humorum fluore per dies aliquot sollicitando*, ex quarta vel quinta parte emplastri vesicatorii, emplastro cuidam defensivo, aut saturnino mixta, alternando interdum, si pruriat locus, cum emplastro de hyosciamo.

*Aselli præparati*, per se, vel cum aliis resolventibus sociati, arenosas in vesica conglobationes interdum expellunt, sed in tenerioribus angustias præcordiorum sæpe cum deliquiis inferunt. ℈ I. ad ʒ ij.

*Lumbricorum terrestrium oleum* simplex, additione olei rorismarini mox in compositum redigendum.

*Pulvis* ingratior in arthritide vaga, ubi etiam spiritus tartari, salis, calcis vivæ, tincturæ antimoniales, arcanum tartari, cinnabarina, opiata, & præcipitantia plerumque citra purgantia, topica, & incessus (contracturarum ut plurimum auctores) præsentiora sunt. ℈ ß. ad ʒ ß.

### 3. *Mineralia.*

*Nitrum stiriatum*, ab accidentario sale (*) communi more sufficienter secretum. Occultari, & tingi potest succis cevasorum, myrtillorum, &c. & ita exhiberi a ℈ j. ad ʒ j.

*Nitrum fixum* granulatum, e csoco antimonii, & clyssis elutriatum, sulphuratis vegetabilium salibus etiam in diaphoresi, & diuresi æquivalens. Huic minori pondere addatur nitrum fixum illud., quod ab antimonio diaphoretico collectum fuit. Dosis est a ℈ ß. ad ʒ ß.

* *Arcanum duplicatum*, e capite mortuo aquæ fortis probe exusto; vel si vitriolo soluto tantum liquoris

---

(*) Hunc morem, (qui cautelis non vacat) vide prolixe expositum in Schroderi Pharmacopœja.

ris nitri fixi, aut liquaminis salis tartari cum nitro parati instilletur, donec metallica pars vitrioli præcipitata fuerit, quo facto, clara filtratura coaguletur. In multis affectibus, præsertim omnibus lymphæ (per vasa, vel renes) abundantiis præsentanneum; ℈ j. ad ij.

* *Spiritus nitri*, cum aluminis duplo destillatus gutt. x. ad xv.

*Spiritus salis communis*, ex illius muria ad quartas circiter exhalata per arenam e retorta destillatus, & tincturæ papaveris erratici obnuptus, spiritus vitrioli succedaneum est: gutt. x. ad xxx.

*Nephriticus lapis*, pro periapto, illud expetentibus.

*Spiritus calcis vivæ*: fit, si spiritus vitrioli philosophicus cum ana calcis vivæ recentis in arena ex cucurbita mox destillatur; vel si calx viva cum ana aluminis subito miscetur, & per arenam destillatur.

*Liquor nephriticus*: fit si spiritus vini affunditur capiti mortuo a spiritu calcis vivæ relicto, & tinctura inde extrahitur; vel si idem fiat de capite mortuo spiritus salis ammoniaci cum calce viva parati.

*Lixivium e calce viva* polychrestum, & volatili salsedine prægnans; per se, vel cum oleo communi, aut anodyno quodam in linimentum concussum.

* *Cauterium ex lixivio saponario*, a liquationem caute præservandum.

*Cremor calcis vivæ* ad dysepulotica, &c.

Pulvis nephriticus anodynus.

℞ Lap. cancr. ℈ j. ad ʒ ß. pulv. anod. gr. vij.

M. detur semel, aut bis in paroxysmo, & pro re nata interponantur spiritus salis, aut tinctura tartari tartarisata.

Alias multi in nephritidem, vel ex persuasione proni remediorum continuatione nimia malum potius accelerant, vel intendunt, aut, propulso reside postmodum granulo, vesicæ calculum nonnunquam sibi procurant. Siliceus sane calculus pharmaciæ non obtemperat, sed saltem arenosus, præsertim Hypo-

chon-

chondriacorum, qui incidentibus salinis, aliisque specificis interdum cedit. Diffusum tamen remediorum apparatum calculus renum non exigit, ob conjunctam nauseam, & complicatos vomitus; unde neque clysteres, nisi raro, neque topica operosiora (dum externus calor, & illinentis frictio potissimum peragit) necessaria esse videntur.

---

# APERIENTIA,

## INCIDENTIA, DETERCENTIA.

## SPLENETICA, HEPATICA, UTERINA, PECTORALIA, &c.

### I. *Vegetabilia.*

#### *a.* Hypocondriaca, & Antiscorbutica.

*COchlearia* recens, cum nasturcinis, pro substituti ratione.

*Spiritus ejusdem* sale volatilisatur, gutt. x. ad xx.

*Essentia antihypochondriaca*, e spiritu cohleariæ, competentibus extractis exaltato. Dosis ut spiritus.

*Belis minor*, ʌel *Crifollii nobilis folia*.

*Extractum ejus*, aliqualiter saccharatum.

* *Aqua destillata florum acaciæ*, pro cæterorum vehiculo.

*Endiviæ*, *Cichorii*, *Lactucæ*, *Acetosæ*, & consimilium *loco* sit *nitrum vitriolatum*.

*Scabiosa vulgaris*, cum una, alterave e vulnerariis, egregie simul resolventibus, & detergentibus, præcipue Veronica, *pro extracto*, e singulis seorsim, vel simul mixtis, parando, de quo in sequentibus,

*Centaureum minus*, absynthiaco extracto sub hac forma sociatum.

*Chelidinii majoris aqua* verno tempore destillata, ophtalmica.

*Fumariæ extractum* ſaccharatum.

*Aqua deſtillata*, loco cardui benedictinæ.

*Acetum* quodvis.

*Rutaceum*, quod cum ana apoplecticæ aquæ, & paucis aliquot guttis eſſentiæ caſtorei mixtum, alexipharmaci, & hyterici vices gerit.

* *Odoriferum* compoſitum, præſens alias refectivum.

*Deſtillatum* communi more, vel pro ſubjectis renitentioribus.

*Æruginis ſpiritus*, medico-chemicis uſibus etiam inſerviens.

* *Elixir proprietatis*, ex aloe, myrrha, & croco, cum mediocri ſpiritus ſaltem vitrioli, loco tartarei, quantitate paratum: vel, ( quod magis aperitivum foret ) ſi liquor terræ foliatæ tartari aſſociaretur ſpiritui vini ſimplici, aut appropriato cuidam abſtractitio.

*b. Stomachica incidentia.*

*Ari radix*, aceto præparata; & extemperanea pulverum, vel oleorum aromaticorum additione mox in pulverem ſtomachicum redigenda.

*Abſynthium vulgare*, e quo fiunt

*Spiritus fermentatitius*, ſi ſacchari communis, vel mellis ana, ſive dimidiam, cum aliquali parte fœcum recentium cereviſiæ, vel vini, ſummitatibus ſelectioribus additur, & poſt finitum fere fermentationis fervorem, ſpirituoſior pars inde abſtrahitur. Doſis a gutt. xv. ed xxx.

*Extractum*, aqua ſimplici, &, ſi placet, cum aſſociatione aliarum amararum herbarum paratum. Doſis ad ℥ j.

* *Eſſentia*, ex octuplo ſpiritus, ac ſimplo extracti confecta, cui pro lubitu, ſalis proprii, vel nitri fixi tantillum ſub digeſtione, aut poſt ejus filtrationem olei deſtillati guttæ aliquod addi poterunt. Doſis ut ſpiritus.

*Sal*

*Sal fixum*, cui aliæ herbæ congeneres concremari poſſunt; aut nitrum antimoniatum fixum, idem præſtans.

*Oleum* abſynthiacum ſtomachicum compoſitum, expreſſis, ac deſtillatis aliis exaltatum.

*Zingiber*, in pulvere; pro trageis, & tincturis compoſitis.

*Piper*, pro iiſdem.

*c. Uterina Aperientia.*

*Ariſtolochiæ rotundæ radix*, pro infuſis emmenagogis.

Vel

* *Chriſti flores* in eundem uſum.

*Pulegii aqua* ſpirituoſa, quæ tamen magis antiſpaſmodica eſt, quam uterum movens: Gravidis etiam pro carminativo, uti cinnamomi paſſim ſine noxa datur. Oleum cum aqua ſimul proveniens, menthæ, vel conſimili alicui oleo deſtillatio addi poteſt.

* *Aqua Hyſterica* vulgatior, cum, vel ſine ſpecifico ſuſcitante, in enixu plus cæteris ad partum mixturis præſtat. Doſis ad cochl. ij. iij. &c.

*d. Pectoralia Aperientia.*

*Enula*, & *Hedera terreſtris*, cum ſuis aſſentiis, & extractis, de quibus ſupra pag. 11. & 23.

*Scabioſa*, ut toto, ſaltem pro extracto aliquantum ſaccharato, de quo vide ſupra pag. 27.

*Veronica*, aut paulo acceptior *Chamodrys fœmina*, ſimiliter pro extracto ſacaharato.

*Aqua ejuſdem* ſpirituoſa, vel *hyſſopi* cum ſuo oleo deſtillata.

* *Eſſentia pectoralis* liquida, vel *Infuſum* cum ſpiritu vini ſimplici, [aut abſtractio fæniculato, e convenientibus ſimplicibus per ſufuſionem paratum præſertim ſi, ſub actu curatio, aliis inſuper eſſentiis, extractis', liquoribuſque (ut hyſſopi aqua) amplius exaltetur. Nam aquæ ſtomachales,

vel carminarivæ gratiores, pariter per incidentium, & epicerasticorum accessum accommodatæ, præmisso vomitorio, idem in asthmate proprie dicto præstant. In Hypocondriacorum præfocationem ex alio capite martialia, &c. dantur, in periodica vero collectione longe consultius accisa opiatorum dosis exhibetur. Dosis a gutt. xx. ad xxx.

* *Scylla*, *pro aceto*, e crudo bulbo parando, quod cum edulcorantibus, & symbolizantibus facile in oxymel, & looch converti potest.

* *Nicotianæ essentia*, & extractum vulgare, cum nitri fixi partiuncula per cocturam, & exhalationem paratum, cum spiritu vini denuo extrahendum, & ad consistentiam syrupalem inspissandum: non solum internis, sed & externis usibus pro *errinis*, *lavamentis*, *&c.* inserviens. Dosis Essentiæ est ad ℈ ß. Extracti ad gr. xv.

*Syruporum pectoralium loco* extracta supradicta inter se, & arteriacorum, syrupisatique sacchari accessu, etiam pro diversis, jucundis, extemporaneisque mixturis, atque linctibus esse possunt.

*Decocta Pectoralia* incidentia per simplicium acceptiorum, & competentium delectum, epicerasticorumque accessum parari queunt pro gregariis talia expetentibus.

*Fœniculi oleum destillatum*, etiam pro *eleosaccharo* extemporaneo, si lubet.

*Asa dulcis*, per se, in nullos flores redacta, pulveribus pectoralibus, & c. permiscenda.

*Iris Florentina*, infusis, & præcipue pulveribus pectoralibus, conveniens, sive epicerasticis gummosis, atqee confinibus; rancori non obnoxiis (loco specierum diaireos) sive bechicis, aronatis, scil. sulphureis, martiatis. &c. quacunqne ratione misceatur.

* *Pulvis Pectoralis* pro Infantibus, & adultis, ex anatica Iridis, Ari, & Sulphuris proportione constans, & ad tussim, catarrhos, &c. ad grana aliquot, pro ætatis ratione, datus præcipue vero opiatorum tantillo, cinnabari nativa, &c. exaltatus insuper saccharo, oleove quodam gratiori conditus, aut antimonio diaphoretico sociatus, præsertim si in confluxu quasi suffocativo correctoria emetica

præ-

præmittantur.

*Rotulæ*, vel *Trochisci pectorales*, sub epicerastica formula; vel Manus Christi, simplici oleo, s. balsamo quodam pectorali illitæ.

2. *Animalia Aperentia.*

*Cancrina*, & *Cervina* huc trahantur ex classibus Diureticorum, & Diaphoreticorum. Vide *pag.* 14. 23.

* *Anguillæ hæpar*, *cum felle*, inter se calore mediocri siccatum, nixuum, sub justo fœtus positu ouscitativum, prætertim si interponatur aqua hysterica, vel cinnamomi, aut essentia succini, sola, vel cum essent. castorei. Dosis est ad ʒ ß.

3. *Mineralia Aperientia*, *Hepatica*, *Splenetica*, *Pectoralia*, *&* *Uterina*.

*Mars*, polychrestus, manifesta humorum redeuntium imimbibitione, & subsequa hinc orificiorum, ductuumve excretoriorum, lactiferorumque detersione Hypochondriacos levans, & obstructiones eadem, consimili, vel accidentaria ratione tollens, crudus, limatus, & in pollinem redactus, sub pilularum forma cum aloetica massa, & tragacanthæ mucilaginc dari potest, ℈ ß. ad ℈ j.

* *Crocus martis sulphuratus*, sat resolubilis, e limatura, cum ana sulphuris deflagrata, paratus, & pulverisatos, in præcordialibus præfocationibus, & primarum viarum acoribus, & primarum viarum acoribus per se, vel cum rob aliquo domestico ad ℈ j. aut ℥ ß. præbendus.

* *Pulvis cachecticus*, ex hoc croco, coralliis, oculis cancrornm, & similibus, absque æstu intendentibus aromaticis, & salinis lixiviosis, ultra octiduum continuandus, interposito vesperi ( si alvus fuerit tardior ) pilulis aloeticis laxativis, rarius præmisso, vel subsequo elective purgante.

*Vitriolum martis factitium*: fit cum spirjtu vitrioli, solutione per aliquot septimanas, aut menses seposita, prius-

quam elutrietur. Bonum abstersivum, & revera polychreſtum, sivé per ſe detur certis in circumstantiis, sive potius, permisceatur tartaro, ( pro magisterio martis vitriolato ) purgantibus, aut saccharo Canario.

*Tinctura martis tartarisata*: fit, si vitrioli martis, & tartari ana ℔ ß. in aquæ simplicis ℔ vj. coquatur, & inter agitandum lente exhalet ad mellis consistentiam, hocque coagulum spirit. vini ℔ vj. extrahatur, & post filtraturam inde ℔ j. vel interdum nihil abstrahatur. Hæc tinctura, extracto papaveris erratici pro lubitu tingenda. in hypocondriacarum partium obstructionibus, effervescentiis, præfocationibus, chachexiis, &c. efficax, icterum ( nisi ascitis confirmati, calculi concreti, aliorumve immedicabilium malorum confectarius fuerit ) citra purgantia, sub aliquot dierum continuatione, secure curat, sola, vel diaphoretici martialis uni, alterive dosi interdum sociata; rarius; si alvus præter morem renitentissima fuerit, aloeticis saltem pilulis laxativis tunc pro una, alterave vice requisitis.

*Æruginis spisitus* subtilissimus, e crystallis illius aceto destillato impsægnatis destillatus, non tam intus in pectoris infarctu, ( ubi spir. salis ammon. urinosus, vel acetum squilliticum cum sui generis expectorantibus, & edulcorantibus essentiis plus præstant ) quam extus pro tincturis, & essentiis materialibus, saturninis; &c. eliciendis aptus. Caput mortuum hujus spiritu pulverem dat, qui per se, vel post repetitam calcinationem, pariter, ac terra vitrioli dulcis, omnis æris crocorum, florum, aliorumve præparatorum locum cxtus sufficienter complet.

*Ærugo usta*, in decoctd mundificativo simplici, aut essentiæ veronicæ, vel scabiosæ diluto, vim suam putredini resistendi facile deponens.

*Unguentum Ægyptiacum*, sine alumine, & sale ammoniaco confectum, cum terræ vitrioli dulcis, & extracti veronicæ partiuncula in aceto, vel rore minerali acido soluta, proportionaliter permixtum, vices *unguenti purpurei* supplet.

*Lavamenta Chirurgorum* extemporanea myrrhata, aloetica, theriacalia, &c. plagularum, aut syphunculorum, ope applicata; iten aqua calui vivæ, saccharum tadis

Ireos

ireos, euphorbium, aliaque non pinguia, pro partium ratione adhibita, *unguenti Apostolici*, & hujus nominis *emplastri* ( si aliud mitius desiccans; & defensivum ejuscemodi mixturis mundificantibus superimponitur) locu obtinent.

*Tutia*, non ustulata.

*Nihil album*, lotura, vel potius cribo depuratum, per se, vel lapidi calaminari, veneris calci, aut terræ vitrioli dulci, mercurio dulci, aliisque combinatam; in mixturis, liquoribusque extemporaneis, pariter, ac in unguento quo: dam saturino plutimas intentiones complet.

*Epithemata* non pinguia, *ex solutionem camphoræ, vitsioli, lapidis medicamentosi &c.* vel aqua calcis vivæ, lacte ejusdem aureo, decocto nigro, &c. constantia, ad desiccationes, attemperationes, incarnationes.

* *Liquor ex Cerusa, nihilo, matre perlarum*, vel *lapide calaminari*, & *particula thuris*, taque *oppi*, cum, vel sine cefura paratus, vel saltem sola aqua rosacea, vitrioli cujusvis tantillo condita, sufficit loco unguentorum ad oculos.

*Vitriolum* quodvis, etiam pallidum, minutulum, unctuosum, sat bonum.

*Ros mineralis*, e crudo vitriolo per arenam ad extcemam guttam destillando prolectus, polychrestum, & elegans est temperans, s. per se detur ( loco complurimum aquarum, & tincturarum dilutiorum vegetabilium refrigerantium, ac juleporum, ut & subtilioris e rore majali destillati ( s. prius essentia bellidis, hæpaticæ nobili, &c. saturatus proportionaliter, aut aliis permixtus.

*Spiritus Vitrioli acidus*, *communis*, e vitrioli supra restitantis, & sic satis albificati proportionali, nec nimio pondere, etiam e vitreis retortis probe lutatis unius diei spatio destillatus: manifeste non calefaciens, sed potius ( sive invertat, figat, aliave nondum satis comprehensa ratione circa primas vias agat ) attemperans, & simul aliqaaliter restrictivus, sive per se detur, sive occultationis causa vegetabilium floribus, aut essenaia colorantibus tinctus, aut spiritui cuidam abstractio per levem digestionem sociatus. Qui caput mortuum projecto liquore inceratum amplius per sex, octave dies continuato igne exercese volent, efficacio-

rem, saturatioremque huic spiritum nanciscentur, etiam pro *unicorum mineralis* imitamento sufficientem, modo non vulgare purificatum, sed ultimum regeneratum sal accedat. Dosis gutt. iv. ad vj.

*Mixtura vitrioli tartarisata*, e proportionaliter confuso spiritu vitrioli, & tartari, vel tartari, ac vitrioli crudorum destillationem simultaneam habenda, loco *spiritus aperitivi Penoti*.

*Spiritus vitrioli* coagulatus fit, si spiritus vitrioli p. j. a nitri crudi p. ß. abstrahatur, cum simultaneo aquæ fortis, una colligendæ, proventu.

*Colcothar* extreme calcinatum, & recentius, crudum, vel edulcoratum, chirurgicis, chemicisque usibus haud incommodum; cui restitans post spiritus æruginis destillationem caput mortuum admisceri potest.

*Borax vulgaris*, irritans non postremum, etim solitarie, in secundis præsertim exhibitum, vel cum succino; croco, cinnamomo, aliisque pro lubitu mixtum; aut etiam *Glaciei Mariæ* completier dosis (ad ʒ ß. si ij.) interpositis subinde essentiis castorei, aut succini, vel aqua histerica, aut cinnamomi cordial. Dosis Boracis in hoc casu est a ʒ ß. ad ʒ j.

RE-

# RESOLVENTIA

## ET ROBORANTIA CALIDA.

In quorum classe sunt quoque

## CARMINATIVA, CORDIALIA, CEPHALICA, STOMACHICA, ET HYSTERICA.

### 1. *Vegetabilia.*

#### a. Aromatica.

C*Innamomum* selectius.

* *Aqua ejusdem*, cum particula spiritus ardentis, vel aqua rosarum per vesicam destillata, & mediocriter spirituosa.

*Oleum destillatum*, pro aliorum conditura, balsamo, & elæosaccharo extemporaneo *Caryophilli.*

*Aqua eorumdem* destillata, per adjectam spiritus ardentis partem aliquantum spirituosa, cum oleo simul prodeunte.

*Balsamum compositum*, cordiale, & cephalicum, s. apoplecticum, cum, aut sine pretiosis odoriferis.

*Nux moschata.*

*Oleum ejusdem* expressum, balsami sui locum facile supplens, extus ad fissuras, s. rhagades.

*Galanga minor*, etiam pro infusis, aut destillatis quibusdam.

* *Cardamomum minus*, in similes usus, vel ejus defectu *Cubebæ.*

*Lignum aloes*, s. *Calambac* genuinum.

*Pulvis stomachalis*, ad imitationem simplicissimarum specierum Imperatoris, sine moscho confectus.

*Pulvis Cephalicus*, aut *Cordialis*, contractissimus, & ex-

& extemporaneus, per odorifera pretiosiora, aut præcipitantia pro lubitu exaltandus, vitatis tamen multis ambræ, moschique insumptionibus, quas Plethorici, Biliori, Valetudinarii, & Hypocondriaci non facile ferunt.

*Tregea aromaticum.* ad usitati modum ex selectis.

*Rosarum Conserva*, *pulverem*, *essentiarum extractorum*, *oleorum*, *&c.* competenti quantitate medicata.

* *Elæosaccharum compositum* e predictis, cum vel sine moscho.

* *Aqua destillata*, *ad aquæ carbunculi modum composita*, dimissis accessoriis inconvenientioribus, vel etiam sequens.

* ♃ Aquæ cinnam. opt. ros. ana ℔ j. apoplect. ℥ v. moschi orient. ( si placet ), in modulo suspensi gr. vj. M.

*Infusum e nervinis* penetrantioribus, etiam animalibus, cum spir. vini factum, in usus externos.

*Aquarum catarrhalium externarum loco* sit *Essentia Caſuræ* varie diluta; vel *aqua apoplectica*, per olea, aut spiritus urinosus exaltata.

*Aqua cephalica externa loco Anhaltinæ* fit, si aquæ apoplecticæ serpilli spirituosæ instillatur aliquid olei succini, juniper, terebinthinæ, &c.

*Aqua acustica*, etiam correctione, convenientiori est tinctura, e competentibus aliquot simplicibus, ad imitationem *otalgice Mynsicbti* confecta.

*Aqua Embryonum.*

♃ Aquæ cinnam. opt. p. ij. menth. spirituosæ p. j. apopl. p. ß. M.

*Mixturæ cordiales*, per convenientiam aquarum odoriferarum, ac præparatorum, ut & cinnabarinorum, vel essentiarum competentium miscellam, ex tempore parari possunt.

## b. *Carminativa*.

*Mentha crispa*, vel odoratior palustris retundi folia, per se, vel cum pulegio, aut serpillo.

* *Aqua ejusdem* spirituosior, calidioribus tamen subje-

jectis quoque quadrans, solitarie, vel cum galangæ parte destillata, plane polychresta, & liquoribus aromaticis, aliisve resolventibns, aut anodynis facile exaltanda.
*Oleum*, per destillaiionem simul proveniens affinibus adjiciatur.

*Acorus noster odorus.*

*Aqua ejusdem*, non simqlcx, sed, radice debite prius reclusa, spirituosa, solitaria, vel cum aqua menthæ jungenda.

*Extractum*, aqua simplici paratum, & saccharatum.

*Carvi semen*, *pro * oleo* polychresto.

*Fœniculi semem*, ejusque

** Oleum destillatum.*

*Aqua destillata*, ophtalmica.

*Spiritus abstractitius*, pro tinctura pectorali.

*Lauri baccæ*, tantum *pro* polychresto *oleo*, expresso.

E*mplastri stomachalis consueti loco*, elegantius ad correctioris de baccis lauri modum ex selectis quibusdam confici; vel etiam spiritus aliquis abstractitius, sine, vel cum sacculis calide applicari; vel denique simplex de fermento cataplasma apponi potest.

*Chamæmeli flores* pro topicis.
*Oleum*, per infusionem paratum usus tempore etiam alio quodam resolvente, expresso, vel destillato alteratum.

*Ehuentir stomachalis*, ex menthæ, acori, fœniculi, absynthiive spiritu, analogo quodam extracto, competenteque oleo saturato, adjecta, si placet portiuncula salis cujusdam fixi.

*Tabulæ*, vel *Rotulæ* simplices, oleis destillatis acceptioribus illitæ.

*Sacerdotale* antiquorum *Sal*.

*Pulveres præcipitantes insipidi*, Hypochondriacis ad temperandam humorum acrimoniam apti.

*Elæosacchata* extemporanea ro delicatioribus.

c. *Hyſterica*.

*Meliſſa*.

*Aqua ejuſdem* ſpiriruoſa, ſimplex, vel compoſita, ex aqua cinnam. caryophyll. apopleƈt. menth. ſimplici, ac proportionali confuſione.

*Aqua vitæ mulierum*, ex meliſſæ recentis bona quantitate, ſalviæ, rutæ, & ſpicæ uno, alterove manipulo, ut & cinnamomi, caryophyllorum, ac Zedoariæ debita proportione cum aqua ſimplici, & aliquota ſpiritus vini parte per veſicam deſtillata, quo etiam calentibus; ſiticuloſis, hæmorragiis nimiis, &c. in, & extra puerperium quadret.

* *Aqua hyſterica* fit, ſi p. ß. aquæ hujus infundatur caſtoreum; inſtilleturve illius eſſentia, ſi ferri poterit.

*Aqua apopletica* amara, *loco aceti hyſterici*.

* *Eſſentia ſuccini*, *&* *cafuræ*, ſolitaria, aut proportionalirer commixta, v. olei rutacei, ſuccineive modico inſuper exaltata, interpoſitis anodynis, cinnabarinis, ac præcipitantibus, cujuſvis elixirii hyſterici vices ſuſtinet.

*Extraƈtum hyſtericum* fit, ſi ſupra poſitum extraƈtum alexipharmacum cum caſtoreo, ejuſve eſſentia ſubigitur.

d. *Refeƈtiva*

*Citri cortices*, domi debite ſiccati, pro infuſis, tinƈturiſve compoſitis.

*Liquor oleoſus*, e deraſa flavedine expreſſus, & poſteà ab aquoſo ſucco, copioſe ſubſidente, per tritorium ſecretus, cum ſaccharo in molliculam ſubſtantiam, vel elæoſaccharum redigendus.

*Crocus*, ſat fragrans, citra toſturam pulveriſatus, pro eleƈtuario, vel tinƈtura antidotali.

*Extraƈtum ejuſdem*, aqua ſimplici faƈtum.

*Spiritus vini*, aut *frumentaceus*, aut *hydromelinus*, ſive ſimpliciter ſabjeƈtis minus reſinoſis, ſaliniſque nonnullis ( minus dephlegmatum ferentibus ) adhibendus

dus fuerit; s. denuo super cineres, vel ealcem rectificatus, aut amplius supet sal tartari abstrahendo; vel istud inibi dissolvendo dephlegmatus.

## e. *Cephalica & Nervina.*

*Linum convallium* recens, pro spiritu abstractitio.

*Spica* nostras s. *Lavendusa* florescens similiter pro spiritu abstractitio, cum ardente quovis parando.

*Oleum* copiose simul profluens, aliis cephalicis adjiciendum.

* *Aqna apopletica* s. *cephalica*.

♃ Spiritus, vel aquæ spirituos. lil. convall. p. iij. spir. lavend. parr. j.

M. & repone per aliquot dies, ut vel solitarie, vel cum aquis aromaticis superadictis exhiberi possint. His aquis excitatoriis, si opus fuerit, per temperationem aliquam prius iufractis, ax tempore permisceantur, vel spiritus C. C. rectif. vel spiritus salis ammoniaci urinosus, vel essent. castorei, solitaria, aut cum rore minerali, acetove medicata.

*Aqua apopletica amara.*

♃ Aq. apopl. p. j. acet. rutac. p. ß. essent. castos. gutt. aliquot, M.

*Amaracus*, *Majorana*, pro aqua spirituosa, & oleo destillato, e quo balsamum, aut elæosaccharum ex tempore confici potest.

* *Serpillum*; loco *thymi fragrantis*, aut *saturejæ*, pro spiritu abstractitio, extus in primis non contemnendo, & aliis destillatis, tincturisve compettentibus ad aquæ catarrhalis imitationem exaltando.

*Betonicæ loco* extus sacculi cephalica, e vegetabilibus hactenus selectis, consimilibusve eupori.tis, etiam e fœni tcifolio exuberantiori retrimentis subter colligendis satisfaciunt, vel denique solus e calefacto vino potus.

*Pœoniæ rad. extractum*, parumque saccharatum, cephalico-epilepticum, cui essentiæ competentes admisceri possunt.

*Aquæ-*

*Aquarum epilepticarum vices gerit*, aqua lil. convall. simplex, vel cinnamomisata, aut apoplectica castorisata.

*Viscum aucuparium*, bonum emolliens, attrahens, & intermixto sulphure, resolvens.

*Verbenæ*, vel *Anagallidis phœnicæ*, s. *cœrulæ extractum*, vel, posterioris loco polychrestum *hypericinum*.

*Balsamum cephalicum*, simplicissime, mixtum, sub debita oleorum aliquot genuinorum proportione.

*Oleum olivarum*, aut *nucum*; infusis simplicibus sulphureis aliquot convenientioribus saturatum, aut oleis destillatis aliquot exaltatum resolvens.

*Unguentum emolliens*, atque resolvens, ex pinguedine familiari, vel ipso etiam butyro herbis nonnullis alterato, ac oleo resolvente predicto constabit. Reliquum longe facilius vesicatoriis, rubificantibus, &c. in membris resolutis, & luxatis, contortisve, plebejorum saponariis mixturis, sacculis, atque fomentis transigitur.

*Emplastrum* e colophonia, & succino compositum, est *diaphoreticum*.

*Emplastrum diasulphuris*, vulgare, vel etiam e pice sutoria, & sulphuri. polline insperso confectum.

*Emplastrum de hioscyamo*, præstantissimum. ex oleo seminis expresso, cum succo proprio, ceræ, & terebinthinæ tantillo paratum, elegantis viroris, & effectus, est, cuivis splenetico par, vel superius, præcipue si aliis malacticis, aut resolventibus, pro re nata, exaltetur.

*Emplastrum de melilot*, vel potius pultes, & cataplasmata domestica suppurationem festinant.

### f. *Uterina graveolentia externa*.

*Galbanum*, cum illiquata saltem terebinthina extensum, aut cum castorei, oleive succini particula in emplastrum matricale redactum.

*Ceræ*, vel potius Saponis oleum.

*Sua-*

*Suaveolentia.*

*Olibanum* selctius.

*Mastiche*, pro topicis, & suffumigiis.

*Essentia ejusdem liquida*, cum spiritu vini alcoolisato, vel aromatico stomachali parata.

*Sandaracha*, pro suffitibus.

* *Styrax calamita*, etiam impurior; granula enim plerumque falsata est.

*Pulvis pro suffitu catarrhali*, ex recensitis gummatibus, adhibita simul frictione calida.

## 2. *Animalia.*

### a. *Antiepileptica.*

*Cervi Cornu*, ejusdem præparata, quæ vid. *pag.* 13 *& seq.* *Ungula*, intus, & extus, pro periapto ignaris cum successu data.

*Cranium*, post aquæ simplicis divaporatione.aliquot lævigatum, cum aliis invertentibus in epilepsia consensuali, ac leviori ex primarum viarum vitro.

* *Pulvis antiepilepticus.*

℞ Pulv. bezoard. alb. supra pag. 13. descripti, succini alb. præparati, cinnabaris nativ. ana q. v. M.

Detur adultis æque, ac infantibus curutive; repetendoque, ac, pro indicationum ratione, præmissis, vel interpositis emeticis, aut laxativis; modo superaddantur volatilia urinosa, v. g. spir. C. C. salis ammoniaci simplex, vel compositus, &c. modo essent. succini camphoræ, castorei, tinctura corall. antimonii, & similia; modo præcipitantia alia, in primis autem opiata, v. g. pulv. anod. infra pag. 45. descripti gr. iij. pro edultis, circumspecte. Alias pulveris hujus per se dati dosis est adultis ad ʒ ß. infantibus anniculis ad gr. iv. v. vel vj. nato vero minoribus dimidium.

*Pulvis antiepilepticus anodynus.* ℞ Pulv.

℞ Pulv. bezoard. alb. ℥ vj. succin. alb. præparati ℥ iij. cinnab. nativ. ℈ v. ladd. opiat. Anth. ℈ j.

M. f. Pulvis, qui, non solum lactentibus, verum etiam reliquis in inquietudinibus, torminibus, vomitibus, diarrhœis, &c. detur, vel per se, & quidem trimestribus ad gr. j. cum aliis alterantibus, & præcipitantibus, ubi tamen corallia in caloribus febrilibus complicatis minus commoda sunt.

b. *Hysterica.*

*Castoreum* genuinum recentius, per se, intus quoque citra noxum, si citra abusum.

* *Essentia ejusdem sequens.*

℞ Castor. opt. ℥ j, sal. tartari ℈ v. spir. vini q. s. M. f. tinctura.

Laboriosius, at elegantius etiam fit hæc tinctura per spiritus vini abstractionem, & residui inibi dissolutionem.

c. *Analeptica.*

*Moschus* selectior, analepticis usus tempore s. pes se, s. saccharo, v. eleosaccharo diaromatico dilatando, aut diversimode aquis odoriferis infundendo sociandus; nec multis in affectibus, ipsisque parturientium defectionibus sæpe numero tam adversus, uti vulgo creditur.

*Ambra*, cum saccharo, oleosisque lævigata, competentibus remediis ex tempore permisceri potest. Teneriorum tamen, & exhaustorum Senum caput, uti moschata, Zibethina. & olea fumosiora facile replet.

*Liquor analepticus.*

℞ Aq. ros. aq. cinnam. ana p. j. aq. apoplect. p. ß. moschi, cum elæosaccharo aliquo soluti, parum, M.

Hæc autem odorifera, in febribus, & affectibus capitis intus, & extus adhibita, neglectis graveolentibus ex CC. tartaro, &c. malum potius fovent, quam percurant; ceu idem per juleporum, similiumque apozematum haustus in febribus passim contingit.

d. *Resolventia pinguia, nervina, simulque anodyna.*

*Oleum olivarum*, guttulæ uni, vel alteri olei cujusdam destillati obnuptum.

*Bu-*

*Butyrum*, presertim vernale, tum per se, tum aliorum conpetentium accessu alterarum, loco plurimorum unguinum, & adipum.

*Taxi*,* vel *leprosis pinguedo*, singulare tractivum, s. renitentium suppurationum ruptorium est.

*Sapo* vegetior quivis, & perfricta cum eodem linteola, ejusdemque mixtura cum spiritu vini haud rejicula vulgi sunt auporista.

*Oleum* ejusdem cum cineribus destillatum, præstans est resolvens.

e. *Fossilia resolventia, bituminosa, & sulphurea.*

*Succinum*, vulgare, flavum, & pellucidum pulverisatum, intus per se, vel cum specificis cephalicis, nephriticis, & uterinis; extus solitarium, vel competentibus adjectum, pro suffitibus.

* *Tinctura ejusdem*, cum spiritu ardente tartarisato, vel alias rectificatissimo parata, & oleorum aromaticorum tantillo pro lubitu condienda, tam pro se, quam cum essentia castorei, cafuræ, &c. bonum est uterinum, nephriticum, & cephalicum, modo in vehiculis spirituosis, nec adeo præcipiantibus assumatur.

*Oleum*, per se, absque additamentis distillatum, aliquoties solummodo ablutum, & aliquandiu hinc repositum, vel laboriosfus per vesicam rectificatum cum sale volatili, quod hic parergon est. In retinentioribus tamen ischuriis, reliquisque destillationibus infidum est, utut modo per se sublimatum: modo ardente spiritu in liquorem urinosum resolutum, vel acido quodam spiritu fixatum detur.

*Balsamum*, ex oleo hoc destillato, & nucistæ expresso mox parandum.

*Petrolæum*, sæpe nimis exsiccativum, unde etiam spiritui terebinthinæ, oleusque ceræ, aut saponis, vel juniperi cedit.

*Arsenicum, pro conficiendo magnete arsenicali*, ex sulphure, antimonio, & arsenico, ana, liquatis in phiala.

# HYPNOTICA, ANODYNA. EPICERASTICA.

## 1. Vegetabilia.

### a. *Hypnotica*, & *Anodyna*.

OPium, quod hactenus non sine magno Infantum, Gravidarum, Puerperarum exhaustorum Senum, item Phthisicorum, Epilepticorum, aliorumque ferina tussi, defluxionibus, hæmorrhagiis, profluviis, superpurgationibus, colliquationibus, diversis humorum, ac sanguinis effervescentiis, vagis, fixisque doloribus, &c. pene enectorum damno neglectum fuerat, tempore necessitatis etiam crudum, citra prævias tosturas, exhiberi potest, modo competentis subjecto, morbo, tempore, ac dosi detur.

*Extractum ejusdem*, simpliciter cum spiritu vini factum, & per hujus abstractionem inspissatum.

* *Laudanum opiatum.*

♃ Extt. opii p. ij. extr. croci, cinnab. nativ. vel corall. præp. ana p. j. M.

* *Pulvis anodynus opiat.*

♃ Laudani prædicti p. j. corall. rub. præpar. p. ij. m. Vel

♃ Extr. opii par. j. rang. dracon. ver. vel santal. rubr. p. ij. corall. rub. præp. p. iij.

M. f. Pulvis, qui utrobisque in tribus suis granis laudani granum unum continet, & specificis epilepticis, nephriticis, hystericis, vel anticolicis præcipiantibus uteris accommodari, gratiorumque aliquo rob, vel extracto subigi potest, si boli formula placuerit.

* *Liquor anodynus.*

♃ Opii crudi, vel per superfusæ aquæ simplicis divaporationem

vaporationem in graveolent-a sua mirific. p. j. aquæ apop. nostr. p. spir. vitrioli ror. vel philos. ana p. iv.

Stent per dies aliquot in digestione, & postea filtretur tinctura, quæ in malignarum complurium principiis vomitibus, ac diarrhœis complicatis, aliisque affectibus, remediis ordinariis ad gutt. vj. vel viij. sociata, per se vero in rheumatismo, vomitu, diarhœis, nephritide, &c. ad gutt. x. xij. vel xviij. noctu data, polychresta est.

*Hyoscyamus*, pro topicis, anodynis, emollientibus, un resolventibus.

*Semen ejusdem*, pro oleo expresso, solum, vel cum sem. papav. mixtum.

*Balsamum hypoticum*, ex oleo hyoscyami, & nucistæ expresso.

*Unguentum hyoscyami*, e floridis illius summiatibus cum butyro frixis, e quibus etiam cataplasmata ex tempore parantur.

*Emplastrum de hyoscyamo*, vide supra *pag.* 40.

*Papaver* album, vel nigrum.

*Extractum* immaturorum capitum saccharatum, præsertim pro infantibus, quibus tamen accise opiatorum doses tuto dantur, & in primis supra *pag.* 42. positus pulvis antepilepticus, solitarius, aut pectorali sulphurato *pag.* 31. descripto sociatus.

*Semon* pro *oleo* hinc exprimendo.

*Papaveris erratici flos* recens, pro *extracto* in vaposis balneo rite parando, & saccharo condiendo.

## b. *Epicerastica.*

*Passulæ*, non exacinatæ, majores, ac minores, pro *essentia* melliformi, simplici, vel adjecta caricarum parte, composita, in vaporis balneo paranda.

*Glycyrrhzæ radix*, polychresta.

*Extractum ejusdem* melliforme, saccharatum.

*Saccharum*, in metis, etiam non adea finum, remediis, præcipue liquidis, ad gratia ex tempore addendum, splenecticis tamen compluribus, hystericis, dysentericis, & infan-

tibus epilepticis noxium.

*Pulvis eryſipelatodes*.

℞ Cerus. p. ij. vel iij. myrrh. p. j. farin. domest. cochl. aliquot, glycyrrh. pulv. q. s. M.

*Amygdalæ dulces*.

*Oleum earumdem*, f. igne expreſſum, per ſe polychreſtum, intus, & extus adhibitum.

*Cucumerum*, ac *Cucurbitarum ſemina*, pro emulſionibus, additis competentibus, præſertim nitratis.

* *Tragacantha alba*, vel *Cydononiorum ſemen*.

*Violarum flores*, cum ſuis alabaſtris, recentes, vel rite ſiccati.

*Eſſentia eorumdem*, melliformis, citra repetitas infuſiones in vaporis balneo paranda, & ſaccharo liberalius condienda, levique negotio diluenda.

* *Decoctum pectorale*, e paucis quibuſdam epiceraſticis ex tempore parandum, cujus tamen loco pulmoniacis extracta traumatica, pectoralia, & anodyna, invicem mixta, inter ſuccenturiata præcipitantia magis conveniunt.

*Lintus*, aut *Mixtura* leniens, temperans, & incraſſans ex pectoralibus, ac vulneriis extractis cum aqua acaciæ ex tempore componitur.

*Merſuli* pectorales, & arteriaci, s. *Rotulæ*, ex iride, extracto glycyrrhyzæ, tragacantho, & ſaccharo confectæ.

### c. *Anodyna Topica*.

*Malva* cum toto.

*Liliorum ulborum oleum*, e floribus recentibus per infuſionem paratum, ſimplex, vel cum violarum, roſarum, ſambuci, chamæmeli, & verbaſci floribus compoſitum.

*Lini ſemen*, vel magna reſiduum ex oleo ejuſdem expreſſo.

*Agnorum ſebum*, ſimplex, aut ex tempore pulveribus cosmeticis ſociatum, *loco unguenti pomati*.

*Oleum nuciſtę* pro fiſſurris.

*Olivarum* recentius.

* *Emplaſtrum* e malva mucilaginoſum, *ad normam hyoſcyami*

*ſcyami* confectum.

2. *Animalia Anodyna.*

* *Urinæ*, vel *ſalis ammoniaci ſpiritus urinoſus*, furores, & inquietudines ſine febre interdum felicius ſopit, quam ſumma opiatorum doſis.

*Mel* quodvis bonæ notæ, ad uſus internos deputatum, & naturæ ſuæ intuitu, interdum ſaccharo præferendum.

* *Mellicratum* ſpirituoſum, ſimplex, & compoſirum paratu facile.

*Spiritus mellis* acidulus, utpote parabilior, pro ſolationibus quibuſdam.

*Lac humanum*, *aſininum*, vel *caprillum*, vere phhitſicos non coſtantes juvit, aut, citra majorem ſæpe putredinis intenſionem, levavit, uti quidem e veneris, vel vinorum præcipue tartaro craſſiori turgentium, uſu nimio marcentes, vel tuſſientes, juvenes præſertim, ſub circumſpecta adhibitione nonnumquam reſtituit.

# ROBORANTIA TEMPERATA.

## ANALEPTICA REFRIGERANTIA.

### 1. *Vegetabilia arida.*

### a. *Refectoria.*

C*Eraſa acida* ſicca, hordeatis æſtuantium adjecta, per ſe, aut cum paſſulis cocta, loco conditorum.

*Eorumdem recentium ſuccus*, immaceratis propriis nucleis alteratus, non tam ſolitarius( niſi certas in compoſitiones, aut extemporaneas vini cum aquæ acaciæ pauxillo mixturas ſeorſim placeat ) quam ſucci ribium ſubquadruplo, & berberum ſuboctuplo mixtus, poſt ſpontaneam ſubſidentiam in vaporis balneo ad tertias exhalatos, perdiu ſic durabilis, ac dilutu cum aliis, dulcoraruque facilis.

*Ceraſorum nigrorum aqua* deſtillata pro vehiculo *Cydoniorum ſuccus* ad quartas exhalatus. In loco frigidiori ſat durabilis, alias in fermentationem proclivior eſt, & hinc cum ſaccharo rectius in ſyrupi conſiſtentiam redigitur, facilique negotio per aquarum aromaticarum, elæoſacchari diaromatici, vel eſſentiæ alicujus competentis additamentum amplius exaltatur.

*Citri*, *Limonumve aciditas*, corticibus ſuis alterata, & tcum ana ſacchari in ſyrupum condita, ac, ſi lubet, ſpiritdus vitrioli particula intenſa, diu ſic in loco paulo frigidiore durans.

* *Myrtillorum ſuccus*, in conſiſtentia ſyrupalem inſpiſſatus.

* *Mori ſuccus*, poſt reſidentiam, abſque ſaccharo ad tertias exhalatus.

* *Rubi idæi ſpontaneus ſuccus*, ad tertiæ partis remanentia inſyrupum fere inſpiſſatus.

b. *Tem-*

b. *Temperata*.

*Roſæ odoriferæ* quævis, hortenſes, aut illarum defectus; ſylveſtres.

* *Aqua earumdem deſtillata*, quæ, pro uſu ophthalmico, e roſis minus fermentatis eliciatur.

* *Spiritus fermentativus*, cum ſaccharo parabilior.

*Conſerva roſar. rubr.* etiam ex tempore ſpiritu vitrioli alteranda.

*Eſſentia* e roſarum infuſo clarificato, per vaporis balneum facta, & ſaccharata, in tinctura facile redigenda, mellique ex tempore confundenda.

*Succo Chermes* revera par, ita, ut competenti confortantium, & ſuſcitantium adjectione, mixtura cuivis *confectioni alchermes* præferenda hinc confiteri facile poſſit.

*Pulvis hepaticus*, *potatorum*, e roſis, corallis, & ſantalo rubro; eſſentia berberum, aut vitriolaceis moderate ſaturatus.

*Caryophyllorum hortenſium flores* cujuſcumque coloris, roſis *pro eſſentia* intermiſcendi, vel in vaporis balneo ſeorſim in eſſentiam cum ſaccharo redigendi.

*Santalum rubrum verum*, pro gregariis in decocto, & in diſpoſitionibus phthiſicis macilentorum, ac hæmoptoicis, pro ſalſuginoſioris ſeri attemperatione haud incongruum.

c. *Antivenerea*.

*Extractum foliorum ſalicis*, aut *glomerum balauſtinorum*. *Nitrum*; *Dæmonium tamen hoc plerumque nec nive nec jejuniis ejicitur*.

d. *venerem Stimulantia*.

*Satyriorum radices* ſucculentæ, ac recentes *pro eſſentia* melliformi cum ſpiritu vini ( ſequeſtrata ſuperfluas radicum

mucagine ) paranda, & reficientibus, aut stimulantibus additzmentis, si opus fuerit, amplius modificanda.

*Remedium venereum*, ex semine fraxini, erucæ, pipere, sinapi, cœpis cubebis, &c. pro re nata, flatulentioribus analepticis aromatizandum.

2. Animalia.

*a. Reficentia, & Refrigerantia.*

*Cervina*, & *Cancrina*, ex antedictis huc tradenda.

*Spermatis ranarum aqua destillata*, extus simplicem in alterationis gradu eliquantum præcedens.

3. Mineralia.

2. *Roborantia.*

* *Corallia rubra* selectiora, pulverisata, inter consimilia absorbentia fere prima ( lactentibus tamen erratice febricitantibus minus quadrantia ) in hypocondriacorum permultis vitiis plane polychresta sunt, sive per se, sive cum cinnabarinis, martialibus, anodynisque dentur.

* *Magisterium* e coralliis, simplici aceto præcipitatis, aut succo berberum solutis, & per acidum quoddam vitriolicum præcipitatis, eo modo, quo tinctum magisterium habetur.

*Tincturam corallorum* cum spiritu mellis, aut acidulo vegetabilis cujusdam supradicti liquore simpliciter per digestionem parata.

*b. Refrigerantia interna temp.*

*Chrystallus* in pulvere, non rejiculum humorum rodentium in primis viis attemperans, & lactiferum.

*Sacchari saturni* loco fit cerussæ, minii, vel lithargyrii solutio cum spirito æruginis, etiam in crystallos redigenda, ad usus internos.

Ma-

*Magisterium saturni* volatile, ac inter additamenta sua sublimabile, paratur cum spiritu nitri, vel aqua forti, ac præcipitatur, edulcoraturque muria.

*Essentia saturnina*, fit e prediĉta per spiritum æruginis solutione, ardente spiritu diluta, quæ sacchari saturni solutione in acetosis, vel per spiritum vini extraĉtione gratior est, & compendiosior.

c. *Topica externa*.

*Unguentum saturninum*, ex aliquot saturninorum simplicium aceto impraegnato, & oleo hinc dissoluto paratum, ex tempore cum cafura, nihilo, lapide calaminari, antimonio diaphoretico, thure, &c. miscendum.

*Emplastrum saturninum*, e litargyrio per acetnm saturato, cum, vel sine pulveribus modo citatis conficiendum.

*Acetum de litargyrio*, non tam infusione, quam compendiosa coĉtione paratum, &, si opus, aquis destillatis, solutionibusve, haud adeo contrariantibus, diluto, vel infraĉtu facile, cosmeticisque magisteriis, nihilo, mercurio dulci, myrrhæ, imo, & oleosis prompte premiscendum.

*Marcasitæ magisterium*, sine, vel cum mercurio dulci, saturnisque haud rejiculum cosmeticum.

VUL-

# VULNERARIA,

## ADSTRINGENTIA,

## DETERGENTIA, &c.

### 1. Vegetabilia.

### a. *Vulneraria*.

P*Lantago* dolychresta, pro extracto saccharato, tartareo sedimento perquam affluente, & cum bellilidis, vulnerariisque essantiis mixtu pertacili.

*Aqua ejusdem*, e julis floridis destillata.

*Tussilago*, in foliis, aut toto, pro gregariorum decoctis ant infusis pectoralibus.

*Extractum ejusdem* saccharatum; bolari tartaro affluentissimum, inter supra spositorum becchicorum, arteriacorumque, item sequentium vulnerariornm, & utrinque præsentissimorum opiatorum, invertentiumque accessum admittitur.

*Hyperici extractum* polychrestum, aliquantum saccharatum.

*Oleum* simplex, per infusionem, vel competentibus sociatum.

*Pyrola*, *Sanicula*, *Alchymilla*, quævis separatim, vel omnes conjunctis.

*Extracta harum*, singula, vel conjunctim.

* *Auricula muris*, in cephalæis commendata.

*Herniaria*, & *Perfoliata*.

*Persicaria*, & *Millefolium*.

*Prunella*, pro stomaticis detersionibus.

### b. *Styptica*.

*Sanguis draconis* verus, & selectior.

*Stypticorum antidysentericorum loco* felicius in majori malignitate alexipharmaca spirituosa, & calidiora resolventia; in remissiori vero temperata, simul inver-

ertentia, s. absorbentia, succenturiatis posmodum vulgatis præcipitantibus, utrobique vero polychrestis opiatis in mediocri dosi adjunctis, præbentur.

*Tormentilla*, *Bistortaque* utrumlibet.

* *Extractum utriusvis*, saccharatum, vel non.

*Symphyti radix*.

*Extractum ejusdem* saccharatum, cum spiritu vini paratum, suo loco, atque tempore, interpositis, pro affectuum ratione; hic corroborantium fructuum rosarum, bellidis, plantaginis, hyperici, &c. essentiis, illic corallinis, cancrinis, conchinis, isthic martialibus, aluminosis vitriolicisve competentibus, præcipue vero opiatis exhibendum.

*Pulvis stypticus internus*, ex coralliis, conchis croco martis adstringente, &c. opiatorum particula exaltatus.

*Lupi crepitus*, *gallæ*, vel *Glandium cupulæ*, *colcothar &c.* pro pulvere styptico externo.

*Cataplasma contra cruorem*, vel *emplastrum ad fracturas*.

*Emplastrum saturninum*, supra dicta ratione aceto insuccatum, & fossilibus exsiccantibus sociatum.

*Emplastrum diachalciteos* quoddam.

*Emplastrum stypticum*, ex solo quodam extracto styptico, vel sanguine draconis, terra vitrioli dulci, vel extremæ destillationis colcothare, cum, aut sine gummatibus confectum.

*Albumine*, vel *alumine* humectata stuppa.

*Emplastrum catagmaticum*, ex paucis aliquot necessariis paratum.

*Emplastri ad hernias loco*, aliquod ex allegatis sufficit, dum subligaculorum conformitas, & interna supradicta styptica præcipuum in hoc malo, sine sectione curabili, perficiunt.

*Unguenta hæmorrhoidalia* ex solo oleo hyoscyami, aut septem florum, verbasci, unguento anodyno; &c.. confiteri possunt.

### c. *Detergentia.*

*Apophlegmatizantia*, & *ptarmica*, ex sale vitrioli, ammoniaco, tartaro crudo, saccharo mastiche, euphorbso (ad ℥ ß. in aquæ ℔ ß. decoquendo) peto, jalapio, spiritu lignorum acidulo, &c. abunde satisfaciunt.

*Santonicum* recens, per se, vel paucis aliquot mortificantibus, stimulantibusque permixtum, pro tenerioribus, ad vermes.

*Linimenni contra scabiem loco*, sola dissolutæ tabaci, essentiæ, mercurialiumve infusorum lotio, aut litus extemporaneum, ex saturninis, mercurio dulci &c. paratus sufficit.

## 2. *Animalia.*

*Vulneraria*, *Styptica*, & *Detergentia.*

* *Oculi Cancrorum*, *Cornu Cervi*, *Sanguis Hirci*, *Mandibulæ Lucii*,

*Mel*, solitarium, aut derergentibus aliis sociatum.

*Spongiæ præparatæ*, cum *scrophularia*, vel *vincetoxico*, contra strumas.

## 3. *Mineralia Adstringentia.*

*Crocus Martis adstringens* quivis, vel etiam battitura ferri candentis, cum, aut sine opio, coralliis, &c. pro internis usibus; extus vero *colcothar* extreme perustum.

* *Tinctura*, ex marte crudo per spiritum æruginis, simplicem, aut tartarisatam, præparata, tincturis corallinis, & opiatis facile sociabilis.

*Alumen rupeum*, per se, sanguine draconis pro lubitu occultatum, pro gregariis interdum haud inutile, sed adversum, & hinc extus in chirurgicis, ac chemicis utilius.

*Ustum*,

*Uſtum*, ſpiritus pooductum, externe.

*Dulcificatum*, per repetitas liquoris phlegmatici abſtractiones, & ſimplicem poſtmodum diſſolutionem habetur.

*Spiritus acidulus*, per arenam circumſpecte deſtillatus, rori minerali adjiciendus, vel ſubſtituendus.

*Magiſterium* ſiccum, per ſolutionem in aceto, ac ſubſequentem cryſtalliſationem paratum, cum, aut ſine extranea quadam coloratione.

* *Hæmatites* lævigatus.

*Schiſtus* præparatus.

*Calaminaris lapis*, pro topicis, ſive per ſe, s. in extemporaneæ mixturæ liquoribus adhibeatur, s. unguentum, emplaſtrumque quoddam ſaturninum, ſupra notatum, ana conſtituat.

*Mercurius crudus*, decenter, & ſimpliciſſime ſubactus.

*Sublimatus* dulcis, impurior.

*Præcipitatus* mitis, v. g. turbith., e mercurio ſublimato diſſoluto.

*Oſteocolla* levigata, pro tonſoeum uſu.

*Lapis Medicamentoſus*, ex alumine, vitriolo, ceruſſa, atque boio, vel dulcificata vitrioli terra compoſitus, ad varia quoque gingivarum vitia, epiphoras, &c. in diluto ſufficiens.

*Cinnabaris vulgaris*, quæ, ut & mercurialium modo memoratorum quodlibet, vel ex tempore attemperantibus, aut mundificantibus liquoribus, ſuccis, pulveribus, axungiæ ſimplici, unguento, emplaſtrove cuidam ſaturnino, aut reſolventi commiſceri, aut ſubigi, vel denique ſeorſim aliquod confici poterit, ad imitationem emplaſtri antivenerei mercurialis, ſolutionem cum aqua forti factam competenti maſſæ, per exhalationem ſociando.

*FINIS.*

TA-

# TABULA

## DOSIUM GEM.

ACeta infuſa, & deſtillata, pro externo uſu frequentius, pro interno rarius; ℥ ß. ʒ vj. ℥ j.

*Apozemata*. Vide *Decocta*.

*Aquæ deſtillatæ*; ſimplices ℥ ij. ℥ iij. vj. compoſitæ, & cum vino ℥ ß. ʒ vj. ℥ j. vel cochl. j. ij. &c. ſpirituoſæ ad ʒ ij. ℥ ß. aut cochl. j. ad ſummum.

*Balſama*; oleoſa, ut oleo; ſpirituoſa, ut ſpiritus.

*Boli* ℥ ß. ℥ j. ℥ ij. ad ſummum.

*Clyſteres*; ℔ ß. ℔ j. ℥ xvj.

*Condita*, *Confectionos*, & *Conſervæ*; ʒ ij. ℥ ß. ℥ j.

*Cortices*; in pulvere ℈ j. ʒ ℈ ij. in dicocto, aut infuſo ʒ ij. ℥ ß.

*Decocta*, & *Infuſa*: ℥ ij. ℥ iij. iv.

*Eclegmata*; ut *Electuaria*.

*Elæoſacchara*; gr. vj. ℈ ß. ℈ j.

*Electuaria*; alterantia, & bezoardica ℈ j. ʒ ß. ʒ j. ij. lenieatia, ℥ ß. ℥ j. ℥ j. ß. purgantia: ʒ ij. ℥ ß. ℥ j.

*Elxiria*, & *Eſſentiæ*; gutt. xx. xxv. xxx. vel ℈ ß. ℈ j. ʒ ß. ʒ j. pretioſæ, ut ambr. gutt. iv. v. x.

*Emulſiones*; cochl. j. ij. iij. ut Mixturæ diffuſiores.

*Eſſentie*; nt *Elixiria*.

*Extracta*; alterantia ℈ ß. ℈ j. ʒ ß ʒ j. purgantia ℈ ß. ℈ j. ʒ ß. reſinoſa nonnullo folium grs v. ℈ ß. anodyna: gr. j. ij. iij. iv.

*Fœculæ*; ℈ ß. ℈ j. ut Pulveres.

*Flores*, p. j. ij. iij. m. ℔. Chemici gr. v. ℈ ß. ℈ j.

*Folia*; m. j. ij. excipe folia ſenæ, quæ ad ʒ j. ʒ ij. ℥ ß. & majora, quæ numero præſcribuntur.

*Fructus*; majores numero, aut paribus, minores pugillatim, aut manipulatim præſcribuntur.

*Gelatinæ*; ʒ ij. ℥ ß. ℥ j. aur cochl. j. cochl ij.

*Herbæ*; ut *folia* m. j. ij. iij. in pulvere ʒ j. ʒ ij. vix ulrra

*Infuſa*; ut *Decocta*.

Ju-

*Iulapia*, ut *Mixturæ diffuſiores*.

*Lapides*. pretioſi, in fragmentis, gr. iij. v. ʒ ß. ignobiliores, ℈ j. ʒ ß. ʒ j.

*Ligna*; in decocto f. infuſo ʒ j. ʒ ij: ℥ ß. ℥ j. in pulvere, ut xyloaloe, ℈ j. ʒ ß. ʒ j.

*Liquores*; gutt. vj. x. xx. aut ℈ ß. ℈ j.

*Lixivia*; ℥ ß. ℥ j.

*Lohoc*, s. *Linctus*; ℥ ß. ℥ j. &c. ut Electuaria.

*Magiſteria*; roborantia: gs. v. ℈ ß. ℈ j. anadyna gr. v. ℈ ß. purgantia gr. iij. vj. ℈ ß.

*Mixturæ*; ℈ ß. ʒ ß. ʒ j. aut gutt. xv. xx. Lx. Lxx. &c. diffuſiores ex aquis deſtillatis, ſyrupis, & pulveribus cochl. j. ij. iij. &c- imo ℥ iv. ℔ ß.

*Morſuli*, vix limitatam habent doſin: ordinario fiunt pondere ℥ j & ita ſumuntur num. j. ij.

*Olea*; infuſa, cocta; aut expreſſa viliora ℥ ß. ℥ j. pretioſiora ℈ j. ʒ js ʒ ij. deſtillata gutt. j. ij. ij. ℈ ß. *Pilulæ*; gr. v. ℈ ß. ℈ j. ʒ ß. *Preparata*; ℈ ß. ℈ j. ʒ ß.

*Pulveres*, & *Species*; alterantes, ℈ j. ʒ ß. ʒ j. bezoardici ℈ ß. ℈ j. ʒ ß. purgantes ℈ ß. ℈ j. ʒ ß. chemici gr. v. ℈ ß. ℈ j. emetici gs. iij. iv.

*Reſinæ*; purgantes gr. v. ℈ ß. alterantes, ut pulveres. camphora, gr. iij. v.

*Radices*, in pulvere ℈ j. ʒ ß. ℈. ij. in infuſis, & decoctis ʒ j. ʒ ij. Interdum ℥ ß. ad ℥ ij. *Rob.*; ut *Syrupi*, & *Mella*.

*Rotulæ*, numero fere menſurari ſolent, ita, ut pro intentione Medici iij. iv. v. &c. ſemel, aut ſenſim degluendæ exhibeantur.

*Salia*; lixivialia fixa ℈ ß. ℈ j. ʒ ß. volatilia gr. iij. ſv. ℈ ℔. improprie dicta ℈ ß. gran. xv. ℈ j. coagulata ℈ ß. ℈ ʒ j. ſ.

*Sapæ*, & *Kob.* ut *Syrupi*, & *Mella*.

*Semina*; ℈ j. ʒ j.

*Species*; alterantes, ut pulveres; pro decocto, aut infuſo ℥ j. ℥ ij. ℥ iij. externe ʒ ij. ℥ ß. ʒ vj.

*Spiritus*; vegetabiles ℈ j. ʒ ij. ℥ ß. animales, cum vino, vel ſpiritu vini eodem modo: per ſe deſtillati gutt. v. x. xx. xxx. minerales acidi guta iv. x. medii ut ſpiritus aperit. Penoti ʒ ß. ʒ j.

*Suc-*

*Succi*; ℥ ß. ℥ j. ut aquæ, concentratiores, & inſpiſſati, ut Rob. V. Sapæ.

*Summitates*, ut *flores*.

*Syrupi*, *Mella*, & *Robi*; purgantes cochl. ß. cochl. j. ij. alterantes ultra, pro lubitu.

*Terræ*; ut *Pulveris*, & *Præparata*, ℈ j. ʒ ß.

*Tincturæ*; concentratiores, gutt. xx. xxx. r. ℈ j. ℈ ß. dilutiores ʒ ij. ℥ ß.

*Troohiſci*; alterantes ℈ j. ʒ ß. ʒ j. alhandali, aut de agarico gr. iij. v. loco ſtimuli: anodyni gr. ij. iij. v. ſ. num. j. ij. iij.



SE-

# SERIES CLASSIUM.

## PURGANTIA.

1. Vegetabilia. *pag.* 5.
Laxantia. 8
2. Mineralia. 9
VOMITORIA. *ib.*
DIAPHORETICA.
1. Vegetabilia. 10
2. Animalia. 14
3. Mineralia. 16

DIURETICA, LITHONTRIPTICA, *Aliaque* APERIENTIA, ET DETERGENTIA.

1. Vegetabilia. 20
2. Animalia. 22
3. Mineralia. 23

APERIENTIA, INCIDENTIA, DETERGENTIA, SPLENET. HEPAT. UTERIN. PECTOR.

1. Vegetabilia.
*a.* Hypochondr. & antiscorb. 25
*b.* Stomachica incidentia. 26
*c.* Uterina aperientia. 27
*d.* Pectoralia aperientia. *ib.*
2. Animalia aperientia. 29
3. Mineral. aper. hepat. splenet. pector. & uterin. *ib.*

RESOLVENT. ET ROBORANT. CALIDA, CARMIN. CORD. CEPHAL. STOM. HYSTER.

1. Vegetabilia.
*a.* Aromatica. 33
*b.* Carminativa. 34

*c.* Hysterica. 36
*d.* Refectiva. *ib.*
*e.* Cephal. & nervina.
*f.* Uterina externa. 37
graveolentia. 38
suaveolentia. 39
2. Animalia.
*a.* Antiepileptica. *ibid.*
*b.* Hysterica. 40.
*c.* Analeptica. *ib.*
*d.* Resolventia, pinguia, nervoſa simulque anodyna. *ib.*
*e.* Fossilia, resolventia, bituminosa, & sulphurea, 41

HYPNOTICA, ANODYNA, EPICERAST.

1. Vegetabiia.
*a.* Hypnotica, & anodyna. 42
*b.* Epicerastica. 43
*c.* Topica anodyna. 44
2. Animalia Anodyna. 45

ROBORANTIA TEMPERATA, ANALEPTICA REFRIGER.

1. Vegetabilia acida. 46
*a.* Refectoria. 47
*b.* Temperata. *ib.*
*c.* Antivenerea. *ib.*
*d.* Venerem stimulantia.
2. Animalia.
*a.* Reficientia. )
*b.* Refrigerantia. ) 48
3. Mineralia.
*a.* Roborantia. *ib.*
*b.* Refrigerantia interna. *ib.*
*c.* Topica externa. 49

VULNERARIA ADSTRING. DETERGENTIA TOPI.

1. Vegetabilia.
*a.* Vulneraria 50
*b.* Styptica *ibid.*
*c.* Detergentia 52
2. Animalia. 51
3. Mineralia. *ib.*

IN-

# INDEX.

## VIRTUTUM, ET QUALITATUM.

A

Absorbentia. pag. 22
Absterſiva. 30
Acida refectoria. 46
Acida, vel acris materia in primir viis & humoribus. 26. 22. 29. 35
Acusticæ aquæ loco; quid? 3
Acores exoterici stomachi, & intestinorum. 29
Adstringentia vulneraria. 50
Æstus febrium. 22
Affectus cutanei. 17
Fluidi. 13. 15
Soporosi. 24
Alexipharmaca. 10. 11. 12. 14
Alexipharmaci aceti loco quid? 26
Alterantia in febribus. 14
Analeptica. 40
Temperata. 46
Angustationes stomachi. 22
Anodyna pinguia, & nervina. 40
Hypnotica, & epicerastica. 42
Anodyni clysteres domestici. 9
Anodynus liquor. 42
Pulvis. ibid.
Nephriticus. 24
Antiepileptica. 39
Antiepilepticus pulvis. ibid.
Antidysentericorum stypt. loco quid? 50. 51
Antihectici Poterii loco quid? 18
Antiphypochondriaca. V. Hypochondriaca.
Antipleuritica. V. Pleuritis.
Antiscorbutica. V. Aperitiva.
Antispasmodica. V. Convulsiones, Nervina, Terrores. &c.
Antivenerea. 47
Antivenereum decoctum. 10
Axietates in febribus. 13
Aperitiva. 16
Diuretica. 20
Hepatica, splenetica, pectoralia, & uterina. 29
Hypochondriaca, & antiscorbutica. 25
Apophlegmatizantia. 52
Apoplectica aqua. 37
Amara. 36. 37
Apoplecticus balsamus. 33
Aranearum ictus. 15
Ardores stomacho viciui. 22
Arenosæ conglobationes in vesica. 23
Aromatica. 35
Arterici morsuli. 44
Arthritis. 18. 23
Asthma. 23
Attemperantia externa. 31
Interna. 32
8
Humores rodentes. 47
Serum salsuginosum. 48
Attrahentia. 36
Aurium tinnitus. 1

B

Barycoja. 15
Bronchiorum infarctus. 19
Bufonum conspurcationes. 25

C

Cachexiæ. 17. 30
Cachecticus pulvis. 29
Calida resolventia, & roborantia. 33
Calores vagi, & permanentes. 13
Cantharides exhibendi modus. 22
Caries ossium. 6
Carminativa. 27. 33. 34
Casus ab alto. 16. 22
Catagmaticum emplastrum. 51
Catarrhalia, C. Defluxiones. 34. 39
Cephalica. 50
Cephalica. 14. 33. 37
Cephalicus pulvis. 35
Chirurgica. 8. 31. 32. 53
Chemicis usibus inservientia. 32. 53
Clamorosæ inquietudines. 13
Coagulum sanguinis resolventia. 16
Colica tormina. 18
Collectio periodica humorum. 28
Colliquationes. 43
Confluxus suffocativus. 29
Conglobationes arenosæ in veſica. 23
Contusiones. 12
Convulsiones. 13
Cordialia. 33
Cosmeticum. 49

D

Defluxiones. C. Catharrhalia. [10. 42
Dentium dolores. 18
Deſiccantia externa. 31
Detergentia diuretica. 20. 22
Hypochondriaca. & antiscorbutica. 25. 29
Vulneraria. 50
Diaphoretica. 10
Diaphoreticum vehiculum. 11
Diaphoreticum emplastrum. 38
Diarrhœa. 41
Complicata. ibid.
In febribus. 13
Diuretica. 20
Dolores dentium. 18
Partium nervosarum. ibid.
Vagi, & fixi. 42

E

Ebullitiones præcordiorum. 14
Effervescentiæ humorum. 42
Hypochondriacæ. 30
Emetica. V. Vomitoria.
Emmenanoga. C. Menſium obſtructio. 27
Emollientia. 38
Clysmata. 9
Enixus. 27
Epiceraſtica. 42. 43
Epileptica. 18. 37
Epilepticorum ferina tuſſis. 42
Epiphoræ. 53
Errhina. 6. 28
Erysipelatodes pulvus. 44
Euporista policresta. 19. 41
Exanthemata. 13

F

Febres catarrhales, epidemicæ, & Hungaricæ. 19
Quartanæ. 13
Tertianæ, & quotidianæ. 14
Febrile sal. 11
Febrilis liquor anodynus in malignarum principio. 43
Pulvis purgans. 6
Antipleuriticus. 13
Febrium æstus, 22
Fiſſuræ cutaneæ. 33
Fluidi morbi. 41
Fracturæ. 51
Furores ſine febre. 45

G

Gingivarum vitia. 53
Gravidæ. 42

H

Hæmoptoicæ dispositiones. 47
Hæmorrhagiæ. 42
Hæmorrhoidale unguentum. 51
Hepatica aperientia. 25
Mineralia. 29
Hepaticus potatorum pulvis. 47
Herniæ. 51
Humores acres, & impuri. 17. 19. 35. 48
Hydragoga. 5
Hypuotica. 42
Hypnoticum balsamum. 43
Hypochondriaca aperientia. 25. 28. 29. 30
Temperantia insipida. 35
Hypochondriacum polychreſtum. 48
Purgans. 7
Sal. 15
Hyſterica. 10. 40
Aqua. 36
Calida. 33. 36
Tormina. 18
Hysterici aceti loco quid? 33. 36
Hyſtericum extractum. ibid.

I

Icterus. 17. 30
Imbibentia humore- rodentes. 29
Incarnantia externa. 31
Incraſſans linctus. 44
Incidentia hypochondriaca, & antiscorbutica. 25
Stomachica. 26
Infantium anodyna. 42. 43
Emeticum. 14. 29
Lumbrici. 9
Pulvis antiepilepticus. 39. 40
Laxans. 9
Inquietudines clamorosæ. 13
In febribus. 13 40
Sine febre. 45
Invertentia. 22
Inteſtinorum acores exoterici. 14
Irritans in partu.

L

Uactiferum. 48
Laxantia. 8
Lenientia dolores. 18
Lithontriptica. 10
Lumbrici Infantum. C. Vermes. 9
Lymphæ abuudantiæ. 24

M

Macilenti ex venere, aut vino, 45
Macilentorum diſpoſitiones phthiſicæ, & Hæmopotoicæ. 37
Malignæ febres, & morbi ejusdem generis. 12. 13. 14. 15
Matricale emplastrum. 38
Menſium obſtructio. C. Aperit. Hyster. 16
Mitigativa. 22
Mollientia. 43
Morbi maligni. V. Malignœ febres.
Morbi fludi. V. Fluidi.
Morbilli. 13, 18
Mulierum aqua vitæ. 36

N

Natricum morsus. 15
Nauseæ in febribus, 13
Nervina. 12. 37
Resolventia pinguia. 47
Nervinum infusum. 34
Nervosarum partium puncturæ. 15
Dolores. 18
Nephriticus lapis. 24
Liquor. ibid.
Pulvis anodynus. ibid.
Nephritica tinctura. 21
Nixus suscitans. 29

O

Obſtructiones. 29
Hypochondriacæ. 19. 30
Menſium. 12
Oculorum puſtulæ, & vulnera. 15
Ophtalmica. 35
Ophtalmicus liquor. ibid.
Oſſium caries. 6
Otalgica Tinctura. 43


Par.

P

Partium Nervoſarum dolores. 18
Puncturæ. 15
Paſſio hyſterica. 10. 26
Pectoralia aperitiva. 27
Decocta, & infuſa. 28. 44
Vulneraria. 50
Pectoralium ſyruporum loco quid? 28
Pectorales morſuli, & rotulæ. 29. 44
Pectoralis eſſentia. 29
Pulvis. ibid.
Phantaſiæ vitia. 18
Phlegmagoga, 5
Phthiſicæ diſpoſitiones. 47
Phthyſicorum ferina tuſſis. 42
Pinguia reſolventia. 40
Pleuritis. 17. 22
Spuria. 22
Polychreſta. 6. 11. 19. 27. 30. 31. 35. 38. 43. 48. 50
Potatorum hepaticus pulvis. 47
Præcipitantia. 36
Præfocationes hypochondriacæ. 28. 30
Præfocationes præcordiales. 14
Primarum viarum acores. 16. 29
Profluvia. 42
Ptarmica. 52
Puerperæ. 42
Puncturæ partium nervoſarum 15
Purgantia. 5
Puſtulæ oculorum, 15
Putredini reſiſtentia. 30

R

Rabidorum morſus. 22
Refectiva. 35
Acida. 49
Animalia. 46
Refrigerantia temperata. 47
Animalia. 48
Mineralia. ibid.
Reſolventia. 12. 13. 35. 38
Anodyna topica. 42. 44
Foſſilia bituminoſa, &c. 41
Pinguia nervina. 40
Roborantia calida. 33
Sanguinis coagulum. 16
Reſtrictiva. 32
Revellentia. 22
Rhagades. 33
Rheumatiſmus. 43
Roborantia calida. 33
Temperata. 46

S

Scabies. 17
Scorpionum ictus. 15
Secundinæ retentæ. 32
Semilaxantia, 20
Senes exhauſti. 42
Serpentum morſus. 15
Serum ſalſuginoſum temperantia. 47
Siticuloſitas in febribus. 13. 14
Soporoſi affectus. 14
Splenetica aperientia. 25
Mineralia. 29
Tinctura, 27
Splenetici emplaſtri cujusvis loco quid? 38
Stomachi anguſtiationes. 22
Acores exoterici. ibid.
Stomachica calida. 33
Eſſentia. 35
Incidentia. 26
Stomachicæ rotulæ, val tabulæ. 35
Stomachici emplaſtri loco quid? ibid.
Stomachicæ deterſiones. 50
Strumæ. 52
Styptica interna, & externa. 50. 51
Stypticorum antidyſentericorum loco, &c 50
Subadſtringentia. 14
Superpurgationes. 42
Suppurantia. 38. 41
Surditas. 16
Symptomata concurrentia. 18
Synoviæ. 15

T

Temperans linctu. 44
Temperantia. C. Attemperant. 31
In malignarum ſtatu. 14
Serum ſalſuginoſum. 47
Teneriorum purgans. 7
Terrores, C. Convulſiones, &c. 18
Tinnitus aurium. 16
Tormina. 13. 40
Colica, & hyſterica. 18
Tractiva. 41
Tuſſis ex venere, aut vino. 45
Ferina phthiſicorum. 42

V

Variolæ. 13
Venere, aut vino marcentes, &c. 45
Venerem ſtimulantia. 47
Extinguentia. V. Antivenerea.
Venena. 15
Vermes. 52. C. Lumbrici.
Vertigo. 18
Veſicatorium emplaſtrum. 28
Vigilia in febribus. 13
Vomitus. 40. 43
Vomitoria. 9
Uterina, 40. 41, Aperientia. 25. 27
Mineralia. 29
Graveolentia externa. 38
Suaveolentia. 39
Vulnera oculorum. 15
Vulneraria, &c. 50

# I N D E X
## R E M E D I O R U M.

*Juxta Claſſes Pharmaceuticas digeſtus.*

### I. S I M P L I C I A   V E G E T A B I L I A.

*Radices.*


ACeri odori. 35
Angelicæ. 10
Ari. V. PRÆPARATA.
Ariſtolochiæ rotundæ. 27
Aſcelepiados. 11
Biſtortæ. 51
Carlinæ. 20
Enulæ s. Helenii. 21. 27
Fraxinellæ. 11
Galangæ minoris. 33
Gentianæ. 11
Glycyrrhyzæ. 43
Hellebori nigri. 6
Jalapii. 5
Ireos Florentinæ. 9. 28
Rhabarbari. 6
Satyrionis. 47
Scordii. 11
Scrophulariæ. 52
Scyllæ pro aceto. 28
Symphyti. 51
Tormentillæ. ib.
Vincetoxici. 52
Zedoariæ. 11
Zingiberis. 27


*Ligna.*


Aloes s. Calambac. 33
Guajacum. 10
Santalinum rubrnm. 47


*Corticis.*


Connamomi. 33
Citri. 36
Ligni Guajaci: 10


*Fungi, Tubera.*


Crepitus lupi. 51


*Herbæ, Folia, Muſci.*


Abſynthium. 26
Acetoſæ loco quid. ib.
Alchymilla. 50
Amaracus pro aqua, & oleo. 37
Auricula muris. 50
Bellis minor. 25
Betonicæ loco quid? 37
Centaureum minus pro extracto. 25
Chamædrys fœmina pro aqua, & extracto. 27
Cichorii loco quid? 25
Cochlearia. ib.
Endiviæ loco quid? ib
Helleborus niger. 6
Herniaria. 50
Hyoſcyamus. 47
Lactucæ loco quid.
Lavendula pro ſpiritu, & oleo. 32
Majorana. V. Amaracus. 35
Malva. 44
Meliſſa. 36
Mentha criſpa. 34
Millefolium. 50
Perfoliata. ib.
Perſicaria. ib.
Plantago pro aqua, & extracto. ib.
Prunella. ib.
Pyrola. ib.
Sanicula. ib.
Saturejæ loco quid? 37
Scabioſa pro extracto. 25. 27
Senæ folia. 5
Serpillum. 37
Spica. V. Lavendula.
Thymi fragrantis loco quid? ib.
Trifolii nobilis folia. 25
Veronica pro extracto. 27


*Flores.*


Caryophyllorum hortenſium pro eſſentia. 47
Chamomillæ. 35
Cheiri. 27
Crocus pro electuario, tinctura, & extracto. 36
Liliorum convallium pro ſpiritu. 37
Papaveris erratici pro extracto. 43
Violarum. 44

*Semina.*

Carvi pro oleo. 35
Cucumerum, & Cucurbitarum. 44
Cydoniorum. ib.
Fœniculi. 35
Hyoscyami. 43
Lini. 46
Papaveris, pro oleo. 43
Santonici. 52

*Fructus.*

Amygdalæ dulces. 44
Cardamomum minus. 33
Caryophylli. ib.
Cerasa acida. 46
Cubebæ. 33
Cupulæ glandium. 51
Gallæ. ib.
Juniperi baccæ. 11
Lauri baccæ pro oleo. 35
Nux moschata. 33
Paſſulæ pro eſſentia melliformi. 43
Piper. 27

*Succi liquidi.*

Cerasorum acidorum. 46
Chermes æquivalens. 47
Citri, vel Limonum aciditas. 46
Corticum liquor oleosus. 36
Cydoniorum. 46
Mori. ib.
Myrtillorum. ib.
Rubi Idæi. ib.

*Succi concreti, Gummi, Resinæ, &c.*

Aloe. 5
Asa dulcis. 28
Camphora. 10
Euphorbium. 6
Galbanum. 38
Gutta Cambodia. 6
Maſtiche. 39
Myrrha. 11
Olibanum. 39
Opium. 42
Petroleum. 41
Saccharum. 53
Sandaracha. 39
Sanguinis draconis. 50
Scammonium. 5
Styrax calamita. 39
Tartarus. 20
Terebinthina. 27
Tragacantha alba. 44
Viscum aucuparium. 38

*ANIMALIA.*

Agnorum februm. 44
Anguillæ hepar. V. PRÆPARATA.
Aselli. V. PRÆPARATA.
Aſininum lac. 45
Bezoardicum animale. V. PRÆPARATA.
Butyrum recens. 41
Calami scriptorii veſiculæ. 22
Cancrorum oculi. V. PRÆPARATA.
Cantharides. 21
Caprillum lac. 35
Caſtorum. 40
Cervi cornu. 14. 39. 51
Cranium. 39
Ungula. ib.
Colubrorum pulvis. Vid. Bezoarticum animale.
Concharum Pulvis. V. PRÆPARATA.
Hirci sanguis. V. PRÆPARATA.
Humanum lac. 45
Leporis pinguedo. 41
Lucii mandibulæ. V. PRÆPARATA.
Lumbricorum pulvis. V. PRÆPARATA.
Mel. 45. 52
Moschus. 40
Muſtelæ hepar. 15
Taxi pinguedo. 41
Viperarum pinguedo. 15
Polvis. V Bezoart. animale.

MINERALIA.

Ærugo. V. PRÆPARATA.
Alumen. 52
Antimonium. 9
Diaphoreticum. 17
Arsenicum pro magnete. 41
Aurum. 18
Borax vulgaris. 32
Calaminaris lapis. V. PRÆPARATA.
Cinnabaris. V. PRÆPARATA.
Cryſtallus pulverisata. V. PRÆPARATA.
Glacies Mariæ. 32
Hæmatites. V. PRÆPARATA.
Mars. 29
Mercurius. 9. 25
Nephtiticus lapis. 42
Ni-

Nihili album. 31
Nitrum. 23. 47
Oſtencolla. 53
Schirus. V.

PRÆPARATA.

Sulphur. 19
Terra ſigillata. 16
Tutia. 31
Vitriolum. ib.
Unicornu foſſile. 16

MARINA.

Ambra. 40
Corallia rubra. V.

PRÆPARATA.

Spongiæ. V.

PRÆPARATA.

Succinum flavum. V.

PRÆPARATA

II. PRÆPARATA.

Acidum tartari. 20
Ærugo uſta. 30
Alumen uſtum. 52. 53
Anguillæ hepar. 29
Ari radix. 26
Aselli præparati. 23
Bezoarticum animale. 15
Cancrorum oculi. 22. 52
Cervi cornu philoſophice præparatum. 14
Uſtum. ib.
Cranium, & ungula. 39
Corallia rubra. 48
Chryſtallus. 49
Hæmatites. 53
Hirci ſanguis. 16
Lapis calaminaris. 53
Medicamentoſus. ib.
Lucii mandibulæ. 16. 35
Lumbrici terreſtres. 32
Schittus. 32
Spongiæ præparatæ. ib.
Succinum flavum. 41

PULVERES CHEMICI.

Antihectici Poteri loco quid? 18
Antimonium diaphoreticum. 16
Arcanum duplicatum. 25
Bezoarticum minerale. 17
Cauterium ex lixivio ſaponario. 24
Cinnabaris antimonii. 18
Colcothar. 32 51
Cremor calcis vivæ. 24
Crocus martis adſtringens. 52
Aperitivus. 29
Metallorum. 9
Diaphoretici lunaris aut solaris loco quid? 17
Diaphoretic martiale. ib.
Emeticum mercuriale. 10
Flores ſalis ammoniaci. 19

Lac ſulphuris. ib.
Magiſterium aluminis. 53
Argenti. 18
Corallorum. 48
Cornu cervi. 14
Guttæ cambodiæ. 6
Jalapæ. 5
Marcaſitæ. 49
Martis vitriolat. 29
Saturni volatile. 49
Scammonii. 6
Magnes arſenicalis. 41
Mercurius dulcis. 9. 53
Præcipitatus. 53
Sublimatus. ib.
Nitrum vitriolatum. 21
Pulvis polychreſtus ſcamoniatus.
Syrius.
Sal abſynthii. 27
Ammoniacum. 14
Catholicum. 22
Hypochondriacum. 15
Sal Sacerdotale. 35
Tartarum eſſentiale. 21
Fixum. 20
Volatile. 21
Sudoriferum maximum joviale. 18
Sulphur antimonii. 17
Tartarus emeticus. 9
Martiatus. 20
Tartariſatus. ib.
Vitriolatus. ib.
Turpethum minerale. 10. 53
Vitriolum martis. 29

EXTRACTA SIMPLICIA.

Abſynthii. 26
Acori odori. 35
Alchymillæ. 50
Alkekengi. 27
Anagallidis. 38
Balauſtæ. 47
Bellidis minoris. 25
Centauri minoris. ib.
Camædryos fœminæ. 27
Colocinthidos. 6
Enulæ, ſ. Helenii. 27
Fumariæ. 11 26
Glycyrrhyzæ. 43
Hederæ terreſtris. 21. 27
Heleaori nigri. 6
Hyperici. 38. 50
Myrrhæ. 11
Nicotiane. 28
Opii. 42
Papaveris. 43
Erratici. 26
Plantaginis. 50
Pœoniæ. 37
Pyrolæ. 50
Salicis. 37
Saniculæ. 50
Scabioſæ. 25

Scorzoneræ. 11
Senæ. 5
Symphyti. 51
Tormentillæ. ib.
Tuſſilaginis. 50
Verbenæ. 38
Veronicæ. 27

III. AQUÆ DESTILLATÆ.

Chelidonii majoris. 25
Cerasorum nigrorum. 46
Flor. acaciæ. 25
Fœniculi. 35
Fragorum. 21
Fumariæ. 11. 26
Plantaginis. 50
Rosarum. 47
Ros mineralis. 31

*Spirituosæ.*

Acori odori. 35
Ucuſticæ loco quid? 34
Apoplectica. 37
Anhaltinæ loco quid? 34
Amaracis. Majoranæ. 37
Calcis vivæ. 19
Ad modum aquæ Carbunculi. 34
Caryophyllorum. 33
Catarrhalium extern. loco quid? 34
Cephalica externa loco Anhaltinæ. ib.
Camædryos fœminæ. 27
Embryonum. 34
Hyſſopi. 27
Hyſterica. 27. 36
Meliſſæ. 36
Menthæ. 34
Pulegii. 27
Veronicæ. ib.
Vitæ mulierum. 36

SPIRITUS.

Absynthii. 26
Æruginis. 26, 30
Aluminis. 52
Aperitivi Penoti loco quid? 32
Calcis vivæ. 24
Cochleariæ. 25
Diatrion. 12
Fœniculi. 35
Lavendulæ. 37
Liliorum convallium. ib.
Mellis. 45
Nitri. 24
Rosarum odoriferum. 47
Salis. 24
Ammoniaci acidus. 16
Urinosus. 45
Tartari. 21
Tartari. 12
Terebinthinæ 21
Vini. 17
Vitrioli acidus communis. 31
Coagulatus. 32
Urinæ. 15. 45

ACETA.

Alexipharmaci vulgaris loco quid? 26
Bezoarticum Authoris. 12
Deſtillatum. 26
Hyſterici loco quid. 26, 36
De Lythargyrio. 49
Odoriferum compoſitum. 26
Rutæ. 12. 26
Scylliticum. 28
Simplex quodvis. 26

ALIXIRIA.

Hyſterici cujusvis loco quid.
Proprietatis. 26

ESSENTIÆ.

Absynthii. 27
Camphoræ. 10. 36
Caſtorei. 40
Cochleariæ. 25
Helenii. 11. 27
Maſtiches. 39
Myrrhæ. 11
Nicotianæ. 28
Paſſularum. 43
Pectoralis. 28
Rosarum. 47
Saturni. 49
Satyrionis. 47
Stomachica. 35
Succina. 36
Violarum. 44

TINCTURÆ.

Bezoartica. 11
Coralliorum. 49
Magiſterii argenti. 18
Martis tartarisata. 30
Adſtringens. 52
Ad imitationem Otalgicæ Mynsichti. 34
Rhabarbari. 6
Succini. 41
Sulphuris antimonii. 17
Tartari diuretica semilaxans. 29
Splenetica, & nephritica. 21

LIQUORES

Analepticus. 40
Anodynus. 42
Nephriticus. 15. 24
Ophthalmicus. 31
Purgans. 5. 6. 7.

MIXTURÆ.

Simplex. 12
Vitrioli tartarisata. 32

OLEA.

*Destillata.*

Absynthii. 27
Alexipharmacum. 11
Baccharum juniperi. ib.
Carvi. 35
Caryophyllorum 33
Ceræ. 38
Fœniculi. 28. 35
Lavendulæ. 37
Loimicum. 12

Ma-

Majoranæ. 37
Menthæ criſpæ. 34
Rutæ. 11
Saponis. 38. 41
Succini. 41
Tartari nigrum. 12, 21
*Expreſſa.*
Amygdalarum. 44
Hyoſcyami. 38. 43
Lauri. 35
Nucum. 38
Moſchatarum. 33. 45
Olivarum. 38. 40. 45
Papaveris. 43
*Cocta, & infuſa.*
Chamomillæ. 35
Hyperici. 50
Liliorum alborum. 45
Lumbricorum terreſtrium. 23
Scorpionum. 15. 22
BALSAMA.
Cephalicum, & cordiale. 38. 33
Cinnamomi. ib.
Hypnoticum. 43
Loimicum. 12
Majoranæ. 37
Sulphuris. 19
ELÆOSACCARA,
Alexipharmacus 12
Cinnamomi. 33
Citri. 36
Compoſitum. 34
Fœniculi. 28
Majoranæ. 37
IV. MELLA, ROB, SYRUPI.
Mellicratum. 45
Oxyſaccharum emeticum. 10
Rob juniperi. 11 Sambuci. ib.
Syruporum pectoralium loco quid? 28
Syrupus emeticus. 10
V. CONSERVÆ.
Roſarum. 34 Rubrarum. 47
VI. ELECTUARIA.
Alchermes confectionis loco quid? 47
Diaphoreticum. 12 Purgans. 6. 7
VII. PULVERES.
Anodynus opiatus. 24
Antiepilepticus. 39 Nephriticus. 24
Antipleuriticus. ib.
Bezoarticus. 29
Cacheticus. 29
Catarrhalis pro ſuffitu. 39
Cephalicus, aut Cordialis. 33
Eryſipelatodes. 44 Laxans. 9
Infantum. ib.
Pectoralis. 29
Potatorum hepaticus. 47
Præcipitantes inſipidi. 35
Purgans. 6 In febribus. ib
Stomachicus ad imit. spec. Imperant. 33
Styptici interni, & externi. 50
VIII. ROTULÆ, TABELLÆ TROCH
Tabellæ s. Rotulæ Manus Chriſti 29
Pectorales. 29. 44 Stomachales. 35
Trochiſci alexipharmaci ſublinguales. 29
Pectorales.
IX. EXTRACTA COMPOSITA, PIL.
Extractum hyſtericum. 36
Laudanum opiatum. 42
Panchymagogum. 7
Pilulæ purgantes. ib.
Laxantes. F. F.
X. UNGUENTA.
Ægyptiacum. 30
Apoſtolorum loco quid? 31
Emolliens, & reſolvens. 38
Hæmorrhoidales. 51
De Hyoſcyamo. 38
Ad Oculos loco quid? 31
Pomati loco quid? 44
Saturninum. 49
XI. EMPLASTRA.
Apoſtolici loco quid? 31
Catagmaticum. 51 Diachalcitheos. ib.
Sulphuris. 19. 38
Diaphoreticum. 38
Ad Hernias loco quid. 51
Pro humorum fluore ſollicitando. 23
De Hyoſciamo. 38. 43
Malva. 44 Meliloto. 38
Matricale. ib.
Saturninum. 49. 51
Splenetici cuiusvis loco quid? 37
Stomachici loco quid? 35
Stypticum. 51
Veſicatorium. 22
XII. EUPORISTA EXTEMPOR.
Albumine cum alumine humectata ſtuppa. 51
Bolus purgans. 7 Diaphoreticus. 12
Clyſteres domeſtici. 9
Decoctum antivenereum. 10 Pectorale. 28
Elæoſacchara. 35. V. ſupra.
Emulſiones epiceraſticæ. 43
Purgantes. 6. 7
Epithemata Chirurgica. 31
Infuſum nervinum. 34 Pectorale. 28
Senæ laxativum. 8
Lavamenta Chirurgica. 31
Linctus pectoralis. Vide Mixtura leniens.
Liquor vulnerarius. 22
Lixivium calcis vivæ. 24
Mixturæ cordiales. 34
Leniens, & incraſſans. 44
Oxymel ſcylliticum. 28
Potiones purgantes. 7. 8
Sapo. 41
Suppoſitoria. 9
Vinum purgans. 8

FINIS.

# ENCHIRIDION MEDICUM PRACTICUM,

*SIVE*

## TRACTATUS DE MORBORUM PRAXI,

Cui subnectitur *Appendix* de Lue Venerea. Omnium Morborum Humano Generi Officientium *Nomina*, *Natura*, *Causæ*, *Signa*, *&* *Prognostica*, una cum eorumdem *Curatione* breviter, & perspicue delineatur.

*OPERA, ET STUDIO*

JOSEPHI JACKSON,

CHEMIATRI.

VENETIIS MDCCXC.
Apud Josephum Orlandelli,
NOMINE q. FRANCISCI EX NICOLAO PEZZANA.
*SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.*

Costo 18 xx